intelligẽs mox ſignũ crucis edidit ⁊ dia-
bolꝰ fugit atq; euanuit. Jtẽ de eadẽ legit̃
ꝙ nobilis q̃dã eã habere in vxoꝛẽ deſide-
rauit: ⁊ idcirco cypꝛianũ necromãticũ ad-
uocauit vt arte ſua ad hoc operaret̃. Ipe
itaq; cypꝛianꝰ diuerſos demones ad eam
miſit q̃s oẽs ꝟgo ſctã p ſignũ crucꝭ ſupa-
uit. Acceſſit aũt pmꝰ diabolꝰ in ſpecie nu
tricis ſue ⁊ pſuaſit ei. Illa ſentiẽs ſe tẽta-
ri muniuit ſe ſigno crucis ⁊ ſtati diabolus
fugit: rediẽſq; ad cypꝛianũ dr̃ ꝙ eã nõ poſ
ſet ſeducere. At ille vocãs foꝛtioꝛẽ demo
nẽ miſit eũ: q̃ in ſpẽ ſoꝛoꝛis acceſſit et huic
ꝯtigit ſicut pmo. Tandẽ vocauit magiſtꝝ
demonũ: quẽ miſit ⁊ acceſſit ſub ſpecie ma
tris: ⁊ cepit flere dicẽs ſe male tractãdam
niſi nobili illi viro ꝯſentiat: monſtrabat
mãmillas q̃bus eam ſe lactaſſe dicebat.
Tãdem puella ſigno crucis ſe muniens
cũ ſentiret ſe tentatã dño ſe cõmendauit:
et ſtatim cõfuſus demon ad cypꝛianuꝫ re-
diens omnia p oꝛdinẽ coactus retulit: q̃d
audiens cypꝛianus ait. Abrenũcio tibi et
omnibus opibꝰ tuis ⁊ in eũ credo cuius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

crux tātā habet efficaciā. Itaqꝫ irat⁹ de-
mon voluit cyprianū apphendere ⁊ affli-
gere. At ille ſigno crucis ſe muniēs demo
nē effugauit. Accedēſqꝫ ad ſanctā iuſtinā
ad ei⁹ pedes ſe pſtrauit referēs ei oia: et
baptizat⁹ eſt: tandēqꝫ glo̾ſus chri martyr
effect⁹: q̇ cū ad paſſionē traheret̄ a torto
rib⁹ āmonitus vt nomē chri negaret ⁊ ſic
vitā ſaluaret: rn̄dit hoc nō poſſe fieri quia
nomē ieſu chri ſcriptuꝫ eſſet in corde ſuo.
Tortoribꝫ aūt h̄ experiri volentibꝫ cū cor
ei⁹ ſcinderent inuenerūt p modū cruc̄ au
reis litteris nomē ieſu chri ⁊ h̄ in oi ſciſ-
ſione ſiue in longū ſiue in trāſuerſum. Pōt
etiā declarari p figuras efficacia cruc̄ ad
diabolicas tentatiōes euincēdas. Nume-
ri. j. dictū ē moyſi: fac tibi ſerpentē eneū et
pone eū p ſigno: vt q̇ pcuſſus a ſerpente
aſpexerit eū: viuat. Glo. Serpēs in ligno
ſuſpēdit̄ qn̄ fili⁹ dei cruci affigit̄. Aug⁹.
in q̄dā ſermo. Cum exaltaret moyſes ſer
pentem in heremo in ligno: popul⁹ q̇ mor
debat̄ a ſerpente attēdebat ſerpentē ⁊ ſa-
nabat̄: ſicꝫ mō quecūqꝫ mormorderit aſtu
tia ſathane intueat̄ chrm in ligno penden
tē. Hec ille. Itē ezech. ix. Signa thau ſu
p frōtē dolētiū ⁊ gemētiū. ⁊c. ſeq̇t̄. ſup quē
nō viderit̄ ſignū thau nō parcat ocul⁹ ve
ſter: ſup quē vo videritis ſignū thau nō oc
cidatis. Similit̄ pcipit̄ locuſtis exeuntibꝫ
de puteo abyſſi. Apoc. ix. vicꝫ ne lederent
niſi hoies q̇ nō hn̄t ſignū dei in frōtibus
ſuis. Dam. li. ij. ca. iij. Hec vꝫ crux galea
⁊ ſcutū eſt aduerſus diabolū. Hec ſignuꝫ
vt nō appropinquet nobꝫ vniuerſalis va-
ſtator. Preterea vtus crucis efficaciā ha-
bet ad ↄfutādos corpales inimicos. Vn̄
legit̄ q̄ cōſtātio pcedēti ↄ gētiles ⁊ nimio
terrore ↄcuſſo ppt̄ coꝝ multitudinē iuxta
danubiū fluuiū congregatā angelus no-
cte apparuit eū excitās ſicqꝫ vt ſurſū aſpi
ceret āmonēs: q̇ in celū aſpiciens vidit ſi-
gnū crucis circūfuſum lumine ⁊ aureis lit
teris ſcriptū: in hoc ſigno vinces: q̇ celeſti
viſione ↄfortat⁹ crucē an̄ exercitū portari
fecit: ⁊ hoſtes in fugam ↄuertens aliquos
occidit. Item legit̄ q̄ Eraclius ſigno cru
cis munit⁹ ⁊ in eo cōfidēs victoriam obti
nuit cōtra filiū coſdroe regis pſaꝝ. Vide
hiſtorias ⁊ legendas. Eſa. xlix. Ecce ego
leuo ad gentes manū meam et exaltabo
ad populū ſignū meū. Secūdo crux ha
bet poteſtatē morborū curatiuā: ⁊ hoc tā
morborū carnaliū q̄ ſpūalium. Vn̄ fre-
quēter legimus q̄ ſancti ſigno crucis īfir-
mos curauerūt. Legim⁹ etiam q̄ cū hera
clius ſanctā crucē reportauit hieruſalem:
⁊ loco ſuo reſtituit: quattuor paralytici cu
rati ſunt: leproſi decem mūdati: ceci. xv.
illuminati: demones effugati: ⁊ a varijs
languoribꝫ plurimi liberati. Iteꝫ virtus
eius ⁊ efficacia ad curandos ſpūales mor
bos pctōꝝ poteſt ſic declarari. Sūt enim
tres principales radices oim vicioꝝ. Iu
xta illud. j. Io. ij. Omne qđ eſt in mundo
ↄcupiſcentia carnis eſt: aut cōcupiſcentia
oculoꝝ: aut ſupbia vite. Cōtra hec tria d̄r
Thren. iij. Recordare paupertatis mee
⁊ trāſmigratiōis. i. vilificationis: ⁊ abſin-
thij ⁊ fellis. Cōcupiſcētia q̇ppe carnis cu-
rat̄ ⁊ vincitur ex recordatiōe ſiue cōſide-
ratiōe amaritudinis quā chrus in cruce
ſuſtinuit. Cōcupiſcentia oculoꝝ ſiue cupi
ditas ex cōſideratiōe paupertatis: ⁊ ſupbia
vite p ↄſiderationē vilificationis. Volu-
ptuoſi itaqꝫ ↄtrariāt̄ cruci chri quia chri-
ſtus in ea ſuſtinuit amaritudīe acerbiſſi
mā. Iteꝫ auari: q: chrs in cruce ſuſtinuit
paupertatē extremā. Itē vanigl̾oſi: quia
chrs i ea ſuſtinuit ignominiā ⁊ cōfuſionē
turpiſſimā. De his itaqꝫ poteſt dici illud
Phil. iij. Nūc autē ⁊ flens dico inimicos
crucis chri. In cruce itaqꝫ reperire potes re
mediū ſalubre ↄtra oēm ſpūalē morbū vi
cioꝝ. Dam. lib. ij. ca. iij. ſic dicit de cruce.
Salus eſt aie ⁊ corpis: oim maloꝝ auer-
ſio: oim bonoꝝ datrix: pctōꝝ interemptō
Tertio habꝫ ptātē aduerſoꝝ dulcorati
ua. Sicut em̄ cibus de ſe inſipidus aliq̄n
p ſalſam vel cōdimētū efficit̄ ſapidus: ſic
pene tpales ⁊ tribulatōes q̄ de ſe ſūt inſi-
pide appoſita ſalſa crucis chri dulces fiūt
⁊ ſapide. In figura hui⁹ filijs iſrael egreſ
ſis de egypto ⁊ ambulātibꝫ p deſertū aq̄
fluuij marath que amariſſime erant i dul
cedinē verſe ſūt p appoſitionē ligni a do
oſtēſi moyſi. Exo. xv. Aug. Si paſſio ſal-
uatoris ad memoriā reuocet̄ nihil tā du-
rū qđ nō equo animo toleret̄. Hebre. xij.
Recogitate eū q̇ talē aduerſuꝫ ſemetipm
ſuſtinuit cōtradictionē vt non fatigemini
anis veſtris deficiētes. Patꝫ itaqꝫ triplex

poteſtas crucis ꝓpt̃ quã in cruce gloriari debem⁹.i.in crucis poteſtate:ꝛ hec ẽ glo-riatio cõſolatõis quã habemus ex effica-cia:ꝛ poteſtate crucis.

**Tertia ẽ gloriatio virtuo**ſe imitatõis. Et hec ẽ i cruce.i. i crucifixi ꝟtute multiplici q̃ nob ꝓponit̃ imitanda. ꝓpoſuit aũt nob dñs p̃cipue triplicẽ ꝟtu-tẽ nob imitãdã cũ pẽderet in cruce. ¶ Pri-ma ẽ hũiliatiua obediẽtia. Phil.ij. Hui-liauit ſemetipm fact⁹ obediens vſq̧ ad mortẽ:mortẽ aũt crucis. Aug⁹. O q̃nta humilitas. Hũiliauit ſemetipm chr̃us vſq̧ ad ſputa vincula alapas ꝛ flagella ꝛ vſq̧ ad mortẽ nõ qualibet ſ; cruc;. ¶ Se-cũda ẽ charitatiua beniuolẽtia. Nã ꝓ cru-cifixoribꝰ orauit di. Pr̃ ignoſce illis q: ne-ſciũt q̃d faciũt Iohel.ij. Benign⁹ ẽt miſe-ricors ꝛ p̃ſtabilis ſup malicia. ¶ Tertia ẽ tolerãtia patiẽ.j.Pe.ij. cũ malediceret̃ nõ maledicebat:cũ pateret̃ nõ ↄminabat̃ In hac igit̃ triplici virtute gl̃iari dẽm⁹ dñm imitando. Ecci.xxiij. Mag̃ glia ſeq̃ dñm. Itaq̧ crucifixũ imitari dẽm⁹ hũilr̃ obe-diẽdo. Vñ ſup illõ Phil.ij. Hũiliauit ſe ꝛc.di.Glo. Ecce habes hũilitatis exem-plũ:ſupbie medicamẽtũ. Quid ḡ intume-ſcis o hõ:pell̃ morticina q̃d inflarẽ: Ber. Intolerabil̃ ipudẽtie res ẽ vt vbi ſe exina-niuit maieſtas inflet̃ ꝟmicul⁹ vilis ꝛ intu-meſcat. Itẽ miſicordit̃ cõdonãdo ſiue re-mittendo. Col.iij. Supportãtes inuicẽ donãtes vobiſmetipis ſi q̃s aduerſus al'i quẽ h; q̃relã ſicẽ ꝛ dñs donauit nob ita et vos. Itẽ gaudẽt̃ aduerſa tolerãdo.j.Pe.iiij. Chr̃o in carne paſſo ꝛ vos eadẽ cogi-tatõe armamini. Ber.ſup cañ. Vtrũq̧ mihi es dñe ieſu ꝛ ſpeculũ patiẽdi ꝛ p̃miũ patiẽnt;. Tu doces man⁹ meas i cruce ex-paſſis ad p̃liũ ꝛ vehemẽter accẽdis ad pa-tiẽdũ ꝓpt̃ patiẽtie p̃miũ. Hec ille.

**Quarta ẽ gloriatio amo**roſe dilectõis. Et hec ẽ i cruce. i.crucifixi amore. Ps. Gl̃abũt̃ in te q̃ diligũt nomẽ tuũ. Oñdit aũt nob dñs in cruce mirã a-moris dulcedinẽ. ¶ Primo ei oñdit ꝙ di-lexit nos plus q̧̃ ſanguinẽ ſuũ quẽ ꝓ nob effudit. Apoc.j. Dilexit nos ꝛ lauit nos a pctis nr̃is in ſanguine ſuo. ¶ Scdo pl⁹ q̧̃ corp⁹ ſuũ qđ ꝓ nob flagellis expoſuit. Eſa.l. Corpus meũ dedit ꝑcutiẽtibus. ¶ Tertio plus q̧̃ vitã ꝓpriã quã ꝓ nob dedit. Ro.iiij. Mortu⁹ ẽ ꝓpt̃ delicta nr̃a De fidelitate hui⁹ amici legit̃ i barlaã q̃ dixit ad ioſaphat ꝓponẽs ꝑabolice. Quidã hũerat q̃ttuor amicos q̃ꝝ tres pl⁹ q̧̃ ſeipm dilexerat ꝛ ꝓ ipis ꝑpa negocia di-miſerat. Pro q̃rto ꝟo valde pauca facere voluerat. Cũ aũt a terribilibꝰ reg; famulis caperet̃ ꝓ decẽ milibꝰ talẽtoꝝ q̃ debebat: dat; ſibi iducijs vt amicos rogaret ꝓ di-cti debiti ſolutiõe vt ſic a ſuſpẽdio libera-ret̃. Prim⁹ ab eo rogat⁹ rñdit ꝙ ex q̃ in il-lud diſcrimen cecidiſſ;:nihil niſi linteolũ daret q̃ ad ſuſpẽdiũ duct⁹ inuolueret̃. Se-cũd⁹ dixit ꝙ hãc ſolã gr̃az ei faceret ꝙ vſ-q̧ ad patibulũ eũ ↄduceret. Terti⁹ ꝙ ipe-met eũ ſuſpẽderet. Quart⁹ aũt h audiẽs di-xit. Lic; ꝓ me pauca fecer; q: tñ ad me re-curr; i necitate ꝛ me de cetero diligere ꝓ-ponis:ꝓ te ne ſuſpẽdaris venalẽ me exhi-beo ꝛ ſuſpẽdi volo. Prim⁹ amic⁹ falſus ẽ mũd⁹ a q̃ hõ in morte nõ recipit niſi ſuda-riũ. Scđs ſũt amici mũdi q̃ cõducũt vſq̧ ad ſepulcꝝ. Terti⁹ ẽ diabol⁹ q̃ hoiez ſuſpẽ-dit ad iferni patibulũ. Quart⁹ q̃ ver⁹ eſt amic⁹ ẽ ipe chr̃us q̃ ꝓ hoie ſuſpẽdi voluit ad cruc; lignũ. Ecci.vj. Amico fideli nul-la ẽ cõparatio. Crux vtiq̧ mẽſura ẽ oñdẽs q̃nt⁹ ſit amor dĩ ad nos In ea tãtũ ex oi ꝑ-te extẽſ⁹ ẽ dñs q̃ntũ extẽdi poterat ad de-xterã ꝛ ſiniſtrã:ſurſu; ꝛ deorſum:acſi dice-ret. Tãtũ vos amo q̃ntũ amare valeo q̃ i amorẽ vr̃m totũ ex oi ꝑte me extẽdo. Sic itaq̧ gl̃ari dẽm⁹ i cruce.i.crucifixi amore euidẽtiſſime nob extẽſo i cruce ꝛ hec ẽ gl̃a vt dictũ ẽ amoroſe affectõis. Recte ḡ dic̃ pau. Mihi abſit.ꝛc̃.

Tertio in ꝑſumpt; ꝟbis paul⁹ ſub-iũgit cãm rõnabilẽ ꝓpt̃ quã gl̃iandũ ẽ in cruce.cũ di. dñi nr̃i ieſu chr̃i. Hec ẽ eñ cauſa rõnalis gl̃andi i cruce q: ꝓ ſalute nr̃a in cruce pependit dñs nr̃ ieſ⁹ chr̃s. In illis itaq̧ q̃ttuor ꝟbis tãgit̃ quadruplex rõ gloriandi in cruce.

¶ Prima eſt ratio formidande poteſtatis. Cũ dr̃.dñi.

¶ Scđa eſt ratio memorãde charitatis. cũ dr̃ nr̃i.i.nobis dati.

¶ Tertia ẽ rõ deguſtãde ſuauitatis.cũ di(cit̃ ieſu.

¶ Quarta eſt rõ venerãde di-gnitatis,cũ dicit̃.chriſti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ **Prima eſt rō formidā**-
de p̄tātis: cū d̄r. dn̄i. Dn̄s em̄ nomē eſt po-
teſtatis Ecci. xliij. Terribil' dn̄s ⁊ magn⁹
vehement' ⁊ mirabil' potētia illi⁹. Et hec
ptās manifeſtata eſt in cruce: q̄ in cruce
debellauit inimicos: vt ſ dictū eſt Eph. ij.
Per crucē interficiēs inimicicias ⁊c̄.

¶ **Scd̄a eſt rō memorāde**
charitatis: cū d̄r: nr̄i. i. nobis dati. Jo. iij.
Sic de⁹ dilexit mundū vt fil. ſu. vnig. da.

¶ **Tertia eſt rō deguſtan**
de ſuauitat: cū d̄r: Jeſu. Rich. de ſancto
victo. Jeſus nomē dulce: nomē delectabi-
le: nomē ꝯfortans pctōꝛē ⁊ bnē ſpei: ō ieſu
eſto mihi ieſus. Hec ille. Bern. Jeſu dul-
cis mēoꝛia dās ver̄ coꝛdis gaudia ſ; ſup
mel ⁊ oīa ei⁹ dulcis p̄ſentia.

¶ **Quarta eſt rō veneran**
de dignitat: cū d̄r chr̄i. Chr̄s ei eſt nomē
dignitat regal' ⁊ ſacerdotal'. Chr̄s em̄ in-
terp̄tat' vnct⁹. Olim ei ꝯſueuit fieri ſpēal'
vnctio regū ⁊ ſacerdotū. In cruce aūt oñ-
ſa eſt mirāda chr̄i ptās: vt iā dictū eſt. oñ-
ſa eſt ēt charitas ei⁹ et ſuauitas: q̄ i cruce
p nob̄ mori voluit. Oſtēſa ē ēt ſacerdotal'
eius auctoritas: q̄ in cruce obtulit p̄ri ſa-
crificiū imaculatū ⁊ acceptiſſimū. Hec āt
nos iducere dn̄t ad timorē: amorē: ⁊ ho-
norē crucifixi. Idcirco i cruce gloꝛiari de-
bem⁹. Per crucē em̄ dat' nobis vita grē:
⁊ repromittit' vita glie. Prouer. iij. Lignū
vite eſt his q̄ apphenderint eā: ⁊ q̄ tenue-
rit eā btūs. Propter qd̄ etiā bn̄ cātat ec-
cleſia: Nos aūt gl'iari opoꝛꝫ in cru. d. n. nr̄i
ieſu chr̄i in q̄ ē ſa. a culpa: vita in grā: ⁊ re-
ſurrectio nr̄a in glia: p quā ſal. ⁊ li. ſu. a pe-
na eterna. Crucē itaq; deuote veneremur
vt p crucē/ pctōꝝ remiſſionē ⁊ dei graꝫ ꝯſe-
q̄mur: ⁊ ad celeſtē tādē gl'iam puenire me-
reamur. Amen.

¶ De btō Barnaba aplo. Sermo

**Segregate mi**
hi Barnabā Act. xiij. Spūſ-
ſcti v̄ba ſunt iſta eligēt ⁊ oꝛ-
dinat Paulū et barnabā in officiū apl'at⁹
Joā. iij. Spūs vbi vult ſpirat. Q̄ āt bar-
nabas dignus fuerit ap'lico officio appa-
rere pōt pcipue p̄pter tres ei⁹ excellētias.

¶ Pria eſt excellētia ſpūalis fundatiōis
¶ Scd̄a eſt excellētia doctrinal' eruditiōis.
¶ Tertia eſt excellētia v̄tualis pfectiōis.

Prima eſt excellētia ſpūalis funda-
tionis. Mat. vij. Fundat⁹ em̄ erat
ſup̄ firmā petrā. i. ſup chr̄m. de q̄ d̄r
. j. Coꝛ. x. Petra aūt erat chr̄s. Erat autē
btūs barnabas firmiſſime fundat⁹ tripli-
ci fundamēto.

¶ Primū eſt fundamētū v̄itat obectiue
¶ Scd̄m eſt fundamētū v̄tutis ſubiectiue
¶ Tertiū eſt fundamētū firmitatis defen-
ſiue.

**Primū eſt fundamētum**
veritatis obiectiue. ſ. fides q̄ p̄ma eſt i vir-
tutib̄ theologicis: q̄ p eā eſt acceſſus ad
deū. Heb. xj. Accedētē ad deū opꝫ crede-
re/ q̄ eſt: ⁊ q̄ inq̄rētib̄ ſe remunerator ſit.
Et. j. Coꝛ. iij. Fundamētū aliō nemo pōt
ponere p̄ter id qd̄ poſitū ē qd̄ ē chr̄s ieſ⁹.
Barnabas q̄ppe ſpreta ꝯuerſatōe infide-
liū p ap'los baptizat⁹ ⁊ in chr̄i euāgelio e-
rudit⁹: ꝯuerſat⁹ eſt cū aplis. Vn̄ Act. xj.
d̄r: q̄ eccl'ia q̄ erat hierl'ymis miſit barna-
bā vſq; antiochiā: Qui cū peruenīſſet ⁊ vi-
diſſet grām dn̄i: gauiſus eſt. Sequit'. Pro-
fect⁹ ē āt barnabas tharſuꝫ vt q̄reret ſau-
lum. Quē cū inueniſſet/ pduxit antiochiā;
et annū totū ꝯuerſati ſunt ibi in eccl'ia: et
docuerūt turbā multā ita vt cognomina-
rentur antiochie diſcip'li: chr̄iani. Hec ibi

**Scd̄m eſt fundamētū** vir-
tutis ſubiectiue. Hec eſt hūilitas q̄ fūdat
et ſtabilit hoiem ad recipiēdū influxū di-
uine grē, put euacuat inflatiōꝫ ſupbie Ja-
co. iiij. Supbis de⁹ reſiſtit: hūilib̄ āt dat
graꝫ. Aug⁹. li. de v̄bis dn̄i. Cogitas ma-
gnā fabricā ꝯſtruere celſitudis: p̄us de fū-
damento cogita hūilitatis. Idē i li. de ve-
ra religiōe. Tota vita chr̄i in terris p ho-
minē quē ſuſcipe dignat⁹ eſt/ diſciplia mo-
rū fuit. Precipue āt hūilitatē ſuā imitandā
p̄poſuit di. Diſcite a me q̄ mit ſū ⁊ hūi.
coꝛd. Hūillim⁹ vtiq; fuit b. barnabas va-
nos honoꝛes reſpuēs. Vn̄ Act. xiiij. Cū
vellent turbe q̄ erāt in liſtris honoꝛē exhi-
bere Paulo ⁊ Barnabe ⁊ eis ſacrificare

Paul⁹ et barnabas ſciſſis tunicꝫ ſuis exi-
lierūt in turbas clamātes ꝛ dicētes. Viri
q̄d hic facitꝫ: Et nos mortales ſum⁹ ſiles
vobis hoīes annūciātes vobis ab his va
nis ꝯuerti ad deū viuū q̄ fecit celū ꝛ terrā

**Tertiū ē fundamentū fir-**
mitatis defenſiue. Hec ē fortitudo remo-
uēs inordinatū timorē retrahentē a ꝯfeſ
ſione. Vñ ſup illō Lu.xij. Dico vobꝫ ami
cis meis ne ter. ab his ꝛc. Dicit glo. ꝙ for
titudo eſt fidei fundamentū. Vñ ꝛ in fun
damēto edificij materialꝭ ponūꝭ lapides
ſolidiores Phil.iiij. Oia poſſum in eo qui
me ꝯfortat. Btūs itaqꝫ barnabas fortiſſi
mus fuit in penis ꝛ aduerſis tolerādis: vt
poſtea dicem⁹. Grego. Juſtoꝝ fortitudo ē
carnē vicere: mūdi aſpa ꝓ eternis p̄mijs
amare: pſperitatꝫ blādimēta ꝯtēnere: ad-
uerſitatis metū in corde ſupare. Hec ille.

Scđa eſt excellētia doctrinalꝭ erudi
tiōis. Dan.xij. Qui ad iuſticiā eru
diūt mltos: erūt q̄ſi ſtelle in ppetu
as eternitates. Ad hāc aūt doctrinalē eru
ditiōꝫ tria fuit ncaria q̄ fuerūt in b. barnaba
Primū eſt ỽitatis noticia.
Scđm eſt firmitatis ꝯſtātia.
Tertiū eſt ſermonis efficacia

**Primū eſt veritatis noti**
cia. Ps. Oia mādata tua veritas. Legiꝭ
aūt Act.xv. ꝙ cū quidā iudei ad fidē ꝯuer
ſi dicerent ꝙ non ſufficeret fides ſine lege
moyſi. Paul⁹ ꝛ barnabas virilꝛ reſtiterūt
ꝛ ꝯſtanꝭ veritatē euāgelicā p̄dicauerūt: ꝛ
ꝯtra illū errorē līas ab aplis ipetrauerūt

**Scđm eſt firmitatis ꝯſtā**
tia. Ps. Querite dñm ꝛ ꝯfirmami. Vnō
cū iudei his q̄ dicerenꝭ a paulo ꝛ barnaba
ꝯtradicerēt. ipi ꝯſtāꝭ dixerūt: Vob oportebat p̄mū p̄dicare verbū dei: ſed qm̄ repel
litis illō et idignos vos facitꝫ ꝛ iudicatis
vite eťne Ecce ꝯuertimur ad gētes. Sic
em̄ pcepit nob dñs: vt hr̄ Act.xiij.

**Tertiū ē ſermonis effica-**
cia. Multos ei ad fidē ꝯuertit Vñ Act.
xj. legiꝭ ꝙ in antiochia barnabas horta-
baꝭ oēs in ꝓpoſito cordis pmanere in dño
q: erat vir bon⁹ ꝛ plen⁹ ſpūſancto ꝛ fide:
ꝛ appoſita eſt multa turba dño. Et Act.
xiij. Secuti ſunt mlti iudeoꝝ ꝛ aduenaꝝ
paulū et barnabā: q̄ loq̄ntes ſuadebāt eis
vt pmanerēt in grā dei. Audiētes aūt gē
tes gauiſe ſunt ꝛ glificabāt verbū dñi ꝛ cre
diderūt q̄tq̄t erāt pordinati ad vitā eternā
Itē dicit b. Dorothe⁹ ꝙ barnabas i ro-
ma chr̄m p̄mū p̄dicauit: eps mediol. fact⁹.

Tertia eſt excellētia ỽtualis pfectō
nis q̄ maxime ꝯſiſtit in charitate:
p qua aīa ꝯiūgiꝭ ipi deo. Col.iij.
Sup oīa charitatē habete qđ eſt vinclm
pfectiōis. Erat aūt barnabas vir eximie
charitatꝫ. Charitas q̄ppe ei⁹ ad primum
appuit in neceſſarioꝝ ſubminiſtratione: qm̄
fribꝫ q̄ erāt in hierlm elymam detulit: ſicut
hr̄. Act.xj. Itē in ppl'oꝝ inſtructiōe. q: ver
bū dei ſollicite euāgelizauit. Vñ dr̄ Act.
xv. Paul⁹ ꝛ barnabas demorabanꝭ antio
chie docētes et euāgelizātes cū alijs pluri
mis verbū dei. Itē in offenſe dimiſſiōe qm̄
ioāni q̄ cognominabaꝭ marc⁹ offenſam di
miſit. vt hr̄ Act.xv. Cū em̄ p̄dict⁹ diſcipu
lus ioānes barnabā ꝛ ſaulū reliq̄ſſet: rede
unti tn̄ ꝛ penitēti barnabas iudulſit ꝛ iterū
in diſciplm aſſūpſit: ꝛ eo aſſūpto nauiga-
uit cyprū. Paul⁹ ỽo iterū eū aſſumere in
diſciplm renuit: ꝛ idcirco inter eos ſeparatō
facta fuit: vterqꝫ tn̄ ex pia intētiōe pceſſit.
Nā ꝙ barnabas ipm̄ aſſūpſit: hoc fecit ex
dulcedie miſcđie: Qꝫ aūt paul⁹ ipm̄ aſſu-
mere noluit: hoc fecit ex feruoris rectitu-
dine. Ex dictis itaqꝫ pꝫ charitas barna-
be ad primū: ex q̄ etiā apparet charitas
ei⁹ in deū. nā ex charitate dei pcedit cha-
ritas primi. Vñ dr̄. j. Jo. iiij. Siqs dixe-
rit qm̄ diligo deū/ ꝛ frēm ſuū oderit men-
dax eſt. Preter hec tn̄ apparere pōt pcel-
lens charitas ei⁹ in deū ex tribꝫ ſignis.
Primū eſt abdicatio tpalis mūdanitatꝫ
Scđm ē mortificatio carnalꝭ voluptatꝫ
Tertiū eſt ppeſſio penalis aſpitatis.

**Prima eſt abdicatio ꝛc.**
Nā ꝓpter deū oīa terrena abdicauit. Vñ
cū alijs aplis potuit dicere illō Mat.xix.
Ecce nos reliq̄m⁹ oīa ꝛ ſecuti ſum⁹ ꝛc. No
tandū āt ꝙ barnabas ꝛ alij apli ſic oīa re-
liq̄runt p̄cipue ꝓpter tres rōnes. Pria ē
ratio ꝓptioris expeditiōis. vt ſcꝫ ꝓp-
ptiores ꝛ magis expediti eſſent ad curren
dū poſt chr̄m. Vñ Bern. ſup illud Ecce

nos reliqm⁹ ꝛc. dr: Bñ petre ꝛ nō ad inſipiētiā tibi: nō eñ gigantē ſeq̄ p̄cteras oneratus. Eſa. xl. Qui ſperāt in dño. ſ. reiecta oi mūdana fiducia: currēt ꝛ nō laborabūt: volabūt ꝛ nō deficiēt. Itē ad pugnandū cū hoſte. Gre. Nudi cū nudo luctari debē⁹ Nā ſi veſtit⁹ q̄ſcꝫ cū nudo luctat̄: citi⁹ ad terrā deijcit̄: q2 habꝫ vñ teneat̄. Et añ p̄mittit: Quid eñ ſunt terrena oia niſi q̄dā corpis indumēta. Itē ad tranſeūdū ex h̄ mūdo. Dicit q̄ꝑpe dñs Lu. xij. Vos eſtote parati. qd vix pñt facere rez tꝑaliū poſſeſſores: q2 de reb⁹ exteriorib⁹ ſollicitudinē hñt q̄ ꝑparatiōez interiorem impedit. Chry. ſup Mat. Appoſitio diuitiaꝝ maiorē accēdit flāmā: ꝛ vehemētior fit cupido Hec ille. ¶ Scda eſt rō plenioꝝ recōpēſatiōis: vt. ſ. pleni⁹ recōpēſarēt vices ipi xpo q̄ cū diues eſſet / ꝑpter nos egen⁹ fact⁹ eſt vt illi⁹ inopia diuites eſſem⁹: vt dr. ij. Cor. viij. ¶ Tertia eſt rō vberioꝝ reportatiōis vt vicꝫ ſic reportare poſſent ꝑfectū āplioꝝ ré: q̄etius et ſine turbatiōe mētis deo fruēndo. Multas ei turbatiōes hñt poſſeſſores diuitiaꝝ. ſ. turbatōez laboꝝ in adq̄rēdo. timoris in poſſidēdo: doloꝝ in amittēdo. Apo. viij. Ve ve ve hītantib⁹ in terra Et Jo. xvij. In mūdo p̄ſſuraz hebitis: in me aūt pacē. Item ſoli ipi chro inherēdo. Hiero. Nimis auar⁹ eſt cui chrs nō ſufficit. Et Phil. iij. Que mihi fuerūt lucra: hec arbitrat⁹ ſum ꝑpter chrm detrimēta: veꝝ ꝛ extimo oia detrimētū eſſe ꝑpter eminentē ſciam ieſu chri dñi nri: ꝑpter quē oia detrimentuz feci ꝛ arbitror vt ſtercora vt chrm lucrifaciā. Itē p volūtariā abdicatōnē meritū adq̄rēdo. qd nullaten⁹ adq̄runt illi q̄ velint nolint oia tꝑalia in morte relinquūt. Ps. Dormierūt ſomnū ſuū ꝛ nihil inuenerūt oēs viri diuitiaꝝ i manib⁹ ſuis.

**Scdm ſignū eſt mortifica**tio carnalis voluptatꝫ. Vñ legit̄ Act. xiij. q̄ in eccl̄ia q̄ erat antiochie erāt ꝑphete et doctores (in q̄b⁹ barnabas) miſtrātes dño et ieiunātes. Hoc vtiq̄ ſignū eſt diuine charitatis p quā aliq̄s deguſtat diuina ꝛ ſpūalia. vñ Ber. Guſtato ſpū nēc ē dſipe carnē

**Tertiū ſignū eſt toleratio** penalis aſpitatis. Vñ Act. xv. ſic dicunt apl̄i ſcribētes his q̄ erāt antiochie ꝛ ſyrie et cilicie frib⁹. Placuit nob̄ collectis i vnū eligere viros et mittere ad vos cū chariſſimis nr̄is barnaba ꝛ paulo hoib⁹ q̄ tradiderūt aīas ſuas p noīe dñi nr̄i ieſu chri Hec ibi. Barnabas vtiq̄ mlta p dño paſſus. Vñ cū ꝑueniſſet cyprū ꝛ mltos infirmos ſanaſſet: ſuppoſito illis euāgelio ſcti Matthei qd ſecū detulerat. Tandē exiēs idē ꝑueniēs paphū: maledicēſq̄ tēplo ꝓpt inſolētias viroꝝ ꝛ mlieꝝ q̄ nudi currebāt ſua feſta celebrātes: ad quā maledictiōez pars tēpli corruēs mltos oppſſit. Nouiſſime deuenit ſalaminā vbi pacto martyrio felicē dño ſpm reddidit. Ligātes aūt iudei funē in collo eius: extra portā eū traxerūt ꝛ ibidē cū prin⁹ ꝯbuſſerūt. Deniq̄ nec ſic impij iudei ſatiati: ei⁹ oſſa in q̄daz vaſe plūbeo recluſerūt in mare p̄cipitare volētes. Joānes āt diſcipul⁹ ei⁹ cū duob⁹ alijs de nocte ꝯſurgēs ea rapuit ꝛ in q̄dā crypta occultē ſepeliuit: q̄ ibidē (vt ait ſigibert⁹) vſq̄ ad tꝑa Zenonis imꝑatoris ꝛ gelaſij pape vſq̄ ad annū dñi q̄ngenteſimū latuerūt Sed tūc ipo reuelāte repta fuerūt. Ex dictis igit̄ apparēt tres excellētie dñi barnabe ꝑpter q̄s dign⁹ fuit officio ap̄lico. Idcirco dixit ſpūſſctūs Segregate mihi barnabā in op⁹ ad qd aſſūpſi. Adeam⁹ igitur hūc btiſſimū viꝝ ꝛ aplm gl̄ioſuz cū tota mētis deuotōe poſtulātes vt ipe p nobis apd deū intercedat: q̄tꝰ ei⁹ merit̄ grām ꝯſeq̄mur ꝛ gl̄iam ſempiternā. Amen.

¶ De btiſſimo Joāne baptiſta. Sermo.

**Joannes eſt** nomē ei⁹. Lu. j. Btiſſimi ioānis natiuitas in mundū in tota chriānitate celebrat̄. Imo ꝛ ſaraceni natiuitatē ei⁹ feſtiue celebrāt. Et hoc ſingulare p̄uilegiū eſt. Aug. Natale quidē dñi celebrat̄ ſed tanq̄ dñi dare mihi aliū ſeruū p̄ter ioannē inter p̄triarchas: inter apl̄os: cui⁹ natalē diē celebrat eccl̄ia chri. Paſſionū dies plimis ſeruis celebram⁹: natiuitatis diē nemini niſi Joāni. Hec ille. Eſt aūt p̄cipua triplex rō hmōi celebratiōis. ¶ Prima eſt rō ſpecial' ſctitatis: q2 ſanct⁹ ex vtero nat⁹ eſt: ſicut ab angelo p̄dictuȝ

fuerat Luc. j. q2 ſpūſctō replebit̄ ex vtero mr̄is ſue. ¶ Scd̄a eſt rō ſpecial' iocūditat̄ q2 ortus ei⁹ dedicat⁹ eſt ſpeciali gaudio. Luc. j. Multi in natiuitate ei⁹ gaudebūt. ¶ Tertia eſt rō myſterial' dignitatis. ꝓpt̄ vicz myſteriū ſiue ſacr̄z: q2 vicz ipe ioānes etiā anteq̄z nat⁹ dn̄m ꝓphauit. Aug. lib. l. omel. lxxv. Deniq3 q2 in magno ſacro natus eſt ioānes ipius ſoli⁹ iuſte eccl'ia natalē diē celebrat. Idē ſer. xij. de natiuitate ioannis baptiſte. Recordemur p̄triarchas: recolam⁹ ꝓphetas: nati ſunt vt hoīes: etatis acceſſu impleti ſūt ſpūſctō: chr̄m ꝓphetauerūt: nati ſunt igit̄ vt poſtea ꝓphetarēt. Ioānes aūt dn̄m chr̄m ipa natiuitate ſua ꝓphetauit: quē ꝯceptū ex vtero ſalutauit. Hec ille. Qm̄ aūt btūs Ioānes ex vtero mr̄is ſue fuit dei gr̄a plen⁹. Idcirco bn̄ dictū eſt ꝙ ioānes eſt nomē ei⁹. Ioānes em̄ interp̄tat̄ gr̄a. ſiue in q̄ eſt gr̄a. Notandū ē em̄ ſm Tho. in iij. p. q. xxxvij. ar. ij. ꝙ nomina q̄ iponunt̄ aliq̄bꝫ diuinit⁹ ſp̄ ſignāt aliqd̄ gratuitū donū eis diuinit⁹ datū: ſicut Gn̄. xvij. dictū ē abrae. Appellaberis abraam q2 patrē multaꝝ gentiū ꝯſtitui te. Et Mat. xvj. dictū eſt petro: Tu es petr⁹ et ſup hāc petrā edificabo eccl'iā meā. Hec ille. Hoc itaq3 nomē ioānes qd̄ a dn̄o ipoſitū eſt ⁊ ab angelo reuelatū / a parētibus ꝓo mirabilr̄ ꝓmulgatū. Euidenter ſignat ſpecialē gr̄e plenitudinē ipi ioāni a dn̄o cōceſſam. Sūt aūt tria p̄ncipalr̄ q̄ declarāt euidētiſſime btiſſimū ioannē ſpēali gr̄e p̄uilegio a dn̄o decoratū atq3 p̄dotatum: et ita ꝙ ꝯuenientiſſime ioānes eſt nomē eius.

¶ Primū ē ꝓbatiſſimi teſtioniȷ certitudo
¶ Secūdū eſt digniſſimi officiȷ celſitudo
¶ Tertiū ē ſacratiſſimi martyriȷ ſctitudo

PRimū igit̄ eſt ꝓbatiſſimi teſtimoniȷ certitudo. Etq2 in ore duoꝝ vl' triū teſtiū ſtat oē verbū: vt dicit̄ Math. xviij. Ido de excellētia mirabili ſctitatis ⁊ gr̄e ioānis triplex ad min⁹ p̄ncipale teſtimoniū adducem⁹.

¶ Primū eſt teſtimoniū angelicū.
¶ Scd̄m eſt teſtimoniū humanū.
¶ Tertiū eſt teſtimoniū diuinū.

**Primū eſt teſtimoniū angelicū.** Dicit em̄ angel⁹ Zacharie p̄ri ei⁹ Lu. j. Ne timeas zacharia qm̄ exaudita ē depcatio tua: ⁊ Eliſabeth vxor tua pariet tibi filiū: ⁊ vocabit̄ nomē ei⁹ ioānes. Hec ibi. Nota: Zacharias erat iuſt⁹ / ingreſſus templū dei: actu offerēs ſacrificiū incenſi qn̄ ſibi apparuit angel⁹ ⁊c. Sic et hō debz iuſtus eſſe ingreſſus templū ſpūale: ⁊ offerens ſacrificiū deuotōis vt ab angelo viſitet̄: ⁊ gr̄a ſpūalis nūcietur. Eſt aūt hoc teſtimoniū angelicū triplex. ¶ Primū eſt teſtioniū venerāde dignitatis. Dedit em̄ angelus teſtimoniū de venerāda Ioānis dignitate. Et hoc p̄ tres ſpēales dignitates. ¶ Prima eſt ipſius nunciȷ: quia erat illeidē q̄ chr̄i conceptiōez Marie nūciauit. Unde dr̄: Ego ſum Gabriel qui aſto ante dn̄m ⁊ miſſus ſum loqui ad te: ⁊ hoc tibi euāgelizare. Sup q̄ dicit Petrus damianus. Penſem⁹ vir iſte q̄ntum enitеat qui et a ꝓphetis ante p̄dict⁹ eſt: ⁊ ab eodem quo dn̄s angelo nūciatus. ¶ Scd̄a eſt ipius loci: quia in tēplo domini apparuit ſtans a dextris altaris incenſi. ¶ Tertia eſt Zacharie patr̄z ſui cui angelus apparuit: quia ſacerdos erat dn̄i tūc incēſuz offerens ſolus in templo: id eſt in loco ſaerificiȷ exiſtens. Unde mirabat̄ populus foris expectās ꝙ tantū tardaret i templo. Nō em̄ licebat populo intrare locum illū: ſed tm̄ atrium. ¶ Secundū eſt teſtimonium mirande ſanctitat̄. Dedit em̄ angel⁹ teſtimoniū de ſanctitate ioannis dicens: Erit em̄ magnus. ſ. in ſanctitate: corā dn̄o. Magnus inq̄ʒ tripliciter. Tum ꝓpter excellentiā corporalis abſtinētie. Ideo ſeq̄tur: Uinū et ſicerā nō bibet. Tum ꝓpter excellentiam ſpiritualis ſanctimonie. Ido ſequit̄ Et ſpiritu ſancto replebit̄ adhuc ex vtero matris ſue. Tum ꝓpter excellentiā doctrinalis efficacie. Ideo ſequit̄: Et multos filioꝝ iſrael ꝯuertet ad dominū deūz ipſoꝝ: ⁊ ipe precedet ante illū in ſpiritu et virtute helie vt cōuertat corda patrum in filios: et incredulos ad prudentiā iuſtoꝝ: parare domino plebem perfectā. Hec ibi. Ex his patet ſanctitas ioānis admirāda. Et bene admirāda etiā ꝓpter miraculum factum in patre non credente verbis angeli et querente ſignum ab angelo. Unde ſequit̄: Et dixit Zacharias ad angeluz

Vñ h̃ ſciam? Ego em̃ ſum ſenex ꝛ vxoꝛ
mea ꝓceſſit in dieb⁊ ſuis. Et rn̄dẽs ange/
lus dixit ei. Ego ſum gabꝛiel. ꝛc̃. Et ecce
eris tacẽs ꝛ nõ poterꝫ loq̇ vſq₃ in diẽ quo
hec fiãt: p eo ꝙ nõ credidiſti ṽbis meis q̃
ĩplebũť in tpe ſuo. ¶ Tertiũ eſt teſtimo/
niũ deſiderãde iocũditatꝫ: qꝛ dic̃ angel⁹.
Et erit tibi gaudiũ ꝛ exultatio: ꝛ mł̃ti in
natiuitate ei⁹ gaudebunt: qd̃ de gaudio
nõ mũdano ſ₃ ſpũali intelligẽdũ eſt. Et h̃
dt̃ angel⁹ ad oñdendũ ꝙ ioãnis natiuitas
mł̃tis eẽt vtilis ad ſalutẽ. Ambꝛo. in ho/
mel. Hab₃ ſctõꝝ editio leticiã plurimoꝝ
qꝛ cõmunꝫ bonũ eſt.

## Scd̃m principale teſtim̃

ẽ teſtim̃ hũanũ. Et h̃ ẽ triplex ¶ Primũ ẽ
teſtimoniũ ſingulariũ ꝑſonaꝝ: ꝛ precipue
triũ: vic₃ pr̃is ſui zacharie q̇ declarat tres
excellẽtias in ioãne ¶ Prima eſt excellen
tia ſpiritalis ꝑfectõis: quia ſcil₃ propter
gratiaꝫ pueri ioãnis apertum eſt os za/
charie ꝛ ꝓphetare cepit dicẽs. Bñdict⁹
dñs de⁹ iſrael. Cũ em̃ innuerẽt ipi patri
quem vellet eũ vocari poſtulans pugilla/
rem mox vt ſcripſit ioãnes eſt nomen eius
ſolutum eſt vinculum lingue eius. Am/
bꝛo. Reſpicite ioãnẽ q̃nta vis ſit in ei⁹ vo
cabulo cui⁹ nũcupatio reddit muto vocẽ
Et maxim⁹ in ſer. Os q̇dẽ qd̃ ãgel⁹ clau
ſerat ꝓmiſſus ab angelo fili⁹ reſerauit.
¶ Scd̃a ẽ excellẽtia ꝓphetal̃ denoiatõis
qꝛ di. zacharias. Tu puer ꝓpheta altiſſi/
mi vocaberis. ſ. ꝑ ſpẽalẽ excellentiã: p̃ibis
em̃ añ faciẽ dñi parare vias ei⁹. Joãnes
em̃ nõ ſolũ chꝛ̃m p̃dixit: ſ₃ ꝛ digito demõ/
ſtrauit. Jõ cõparať ſtelle lucis ſc₃ lucifero
Job. xxxviij. Produces luciferũ i tpe ſuo
Joãnes vtiq₃ fuit termin⁹ noctꝫ ignoꝛan
tie: ꝛ ĩitiũ lucis gr̃e. Alij patres ſub veteri
teſtamẽto fuerũt ſtelle noctꝫ. Joãnes ſtel
la lucis ſolẽ p̃ceſſit: ꝛ diei oꝛtũ nunciauit.
Et ſic lucifer poſt alias ſtellas vltim⁹ re/
cedit: ſic ioãnes vltim⁹ ꝓphetaꝝ nõ ante
de mũdo receſſit q̃₃ chꝛ̃m digito demon/
ſtraret. Ecce inq̇t agn⁹ dei: ecce qui tollit
p̃ctã mũdi: vt h̃r Jo. j. Joãnes itaq₃ finis
ẽ legis ꝛ initiũ euãgelij. Vñ dñs ait. Lu.
viij. Lex ꝓphete vſq₃ ad ioãnẽ. ¶ Tertia
eſt excellẽtia doctrinal̃ inſtructõis: qꝛ ſub
dit zacharias. Ad dandã ſciẽtiã ſalutꝫ ple
bi ei⁹ i re. pec. e. ¶ Jtẽ eſt aliud ſinglare te
ſtimoniuꝫ ſue matris helizabet q̇ teſta/
tur ipm̃ eſſe virũ admirande ſctitatis ꝓ/
pter tria. Tũ qꝛ mirabilis ei⁹ cõceptio qꝛ
ipſa eius mať ſenex erat ꝛ ſterilis. Tum
qꝛ mirabilis ei⁹ in vtero habitatio qꝛ ſc₃
ad vocẽ ſalutatiõis marie exultauit in vte
ro matrꝫ q̃ſi iã ſentiẽs ſaluatoꝛis p̃ſentiã
in vtero ṽginali quã ſic ꝓphetico gaudio
reuelauit. Maximus in ſer. Jn tm̃ aũt in
btõ ioãne ſpũalis ꝑfulſit electio vt añ me/
rereť ãnũciare dñm q̃₃ linguã q̃ nunciare
poſſet acciperet. Tũ qꝛ mirabilis in eo ꝓ
phetal̃ inunctio qꝛ nõ ſolũ ꝓphetauit: ſ₃
ꝛ ꝓphetãdo m̃rem ſuã ꝓphetiſſaꝫ fecit: qꝛ
vic₃ ꝑ illã exultationẽ ioãnis in vtero no/
uit ei⁹ mať diuina myſteria. Vñ vt habe
tur Lu. j. ſtatim dixit. Vñ h̃ mihi vt ve/
niat m̃r dñi mei ad me? Ecce em̃ vt facta
eſt vox ſalutatõis tue in aurib⁊ meis: ex/
ultauit in gaudio infãs in vtero meo. Et
btã q̃ credidiſti qm̃ ꝑficieť ea q̃ dicta ſt̃ ti
bi a dño. Chꝛy. Quis ꝓphaꝝ cũ eẽt ꝓpha
ꝓphaꝫ facere potuit? Helias q̇dẽ vnxit he
liſeũ in ꝓphetã: nõ tñ illi ꝓphetãdi grãm
donauit. Jſte aũt in vtero matrꝫ exultãs
diuini introit⁹ ſciam m̃ri donauit ꝛ ꝑſil/
li⁹ in ṽbo ꝯfeſſiõis aperuit vt cui⁹ nõ vi/
debat ꝑſonã agnoſceret dignitatẽ ꝛ dice/
ret. Vñ h̃ mihi vt veniat mať dñi mei ad
me? Et maxim⁹ in ſer. Quid ẽ h̃ miracli
frẽs: q̃ tãtoꝝ nouitas gaudioꝝ vt bꝛ̃e ſe
in vtero helizabet teſtareť infantẽ q̇ nec/
dũ ſemetipm̃ ſentiẽs dñicũ iã ſentiret ad/
uentũ. Vere puer iſte oim̃ beatiſſim⁹ par
uuloꝝ q̇ intra viſcera materna adhuc cõ/
cluſus adeſſe ſaluatoꝛẽ mũdi cecinit q̇ qd̃
necdũ ſmõe poterat ꝓphetico gaudio re/
uelauit. Null⁹ ignoꝛat chariſſimi oẽꝫ par
uulũ m̃rno ab vtero ꝓdeũtẽ inť ipa lucis
exoꝛdia meſtis ꝯcrepare vagitib⁊: ſol⁹ ba
ptiſta dñi vltra legẽ naſcentiũ nt̃itatẽ ſuã
leticie exultatiõe p̃uenit. Hec ille. ¶ Jteꝫ
eſt ꝛ aliud tertiũ ſinglare teſtimoniũ vic₃
ṽginis glıoſe m̃ris di. q̃ teſtať ipm̃ eẽ vi/
excellẽtꝫ dignitatis ꝛ maxima reuerẽtia
dignũ. Et h̃ tripl̃r teſtať. Tũ qꝛ ipa iã dõ
plena inſtinctu ſpũſſcti aſcẽdit in mõtana
ad viſitãdũ ioãnẽ. vt h̃r Lu. j. Tũ qꝛ ꝑ ſa/
lutationẽ ipi⁹ marie vnct⁹ ẽ ioãnes ſpũa/
lit̃ in ꝓphetã ꝛ ſctificat⁹. vt dt̃ Chꝛyſoſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vñ poſſum⁹ dicere ꝙ btã virgo tres habuit filios: Vnũ naturalẽ.ſ. ieſum chꝛm. Aliũ legalẽ.ſ. Joãnẽ euãgeliſtã quem ex mãdato pn̄cipis in filiũ adoptauit. ¶ Tertiũ ſpũalem.ſ. Joanne baptiſtã quẽ ꝑ ſpm ſctm in m̄ris vtero baptizauit: Nã ꝟtute verbi ꝟginei ſalutãtis Heliſabet ioãnes baptiſmũ ſpũſſcti recepit: Jõ ſtatim i vtero tripudiauit q̄ſi geſtiẽs dño ſuo aſſurgere. Tũ qꝛ vt hꝛ in hiſtoria ſchol. Jpſamet ꝟgo dĩ m̄r puer ioãnẽ naſcẽtẽ ꝓpꝛijs mãibꝰ excepit ¶ Scðꝫ teſtim hũanu ẽ teſtim euãgeliſtaꝝ q̄ dclarãt triplicẽ ioãnis excellẽtiã ¶ Prima ẽ excellẽtia ardẽtiſſime charitatꝫ: q ptꝫ ex eo qð Lu.iij. hꝛ. ꝙ venit in oẽm regionẽ iordanis p̄dicãs baptiſmuꝫ pnĩe in remiſſionẽ petõꝝ. Qñta ex charitate dicebat: Penitẽtiã agite appropinq̃bit em̃ regnũ celoꝝ. Mat.iij. ⁊ Lu.iij. Et ibidẽ illð: Parate viã dñi rectas facite ſemitas eius ¶ Scða eſt excellẽtia pfũdiſſime hũilitatis q ptꝫ ex eo ꝙ ipẽ q ad dñꝫ baptizandũ elect⁹ erat ſeipm indignũ pclamat ſoluere corrigiã calciamẽtoꝝ eius. vt ptꝫ Mat.iij. Mar.j. Lu.iij. Jo.j. Et lꝫ iudei tantã haberet opinionẽ de eo vt crederẽt eũ eſſe chꝛm. vt patꝫ Lu.iij. ⁊ Jo.j. tñ ſeipm dr eſſe tm̃mõ vocẽ. vt patꝫ Jo.j. Aug. Quid eſt ꝙ ioãnes vocẽ ſe eſſe dicit Jd eſt qꝛ ꝟbi annũciatoꝛ ⁊ p̄dicatoꝛ erat Scripture ſacre verbũ eſſe diffiniũt ipam cogitationẽ q adhuc intra ↄſcie ſecreta retinet. Vocẽ ꝟo ꝑ quã ꝟbũ pfert i mediũ: Sicut em̃ verbũ qñ corde ↄcipim⁹: neceſſaria eſt vox q̃ſi qðdam vehiculm ꝟbi: ita deus pat innoteſcere nobis volẽs ſapiam et verbũ illð qð in pn̄cipio erat de⁹ apud deũ. btm ioãnẽ q̃ſi vocẽ ꝑ quã ad nos ꝟbũ ſuũ pferret aſſũpſit. Hec Aug⁹. ¶ Tertia eſt excellẽtia pfectiſſime auſteritatꝫ: de q ptꝫ Mat.iij. ⁊ Mar.j. Erat vtiq auſteritas ei⁹ maxia in victu. Cib⁹ em̃ ei⁹ erãt locuſte ⁊ mel ſilueſtre. vt hꝛ Marc.j. Et dr Arnolph⁹: ꝙ locuſte ſunt aues pue ad modũ digiti: nõ alte a terra volãtes ⁊ faciliẽ capiunt: q erant in deſerto: cocteq in oleo pauperẽ p̄bent victũ. Silr dr in eodẽ deſerto eſſe arbores hñtes folia lata ⁊ rotũda lactei coloris: mellici ſaporis que manibꝰ fricant ⁊ edunt: ⁊ hoc dr mel ſilueſtre. Pot⁹ etiã ei⁹ erat aqua: vinũ em̃ ⁊ ſicerã nõ bibit. Vñ dr Beð. ꝙ ſicera interp̄tat ebrietas: q vocabulo oĩe poculũ qð inebriare põt ſiue de pomis ſiue de frugibus ſiue de q̃libet alia materia ↄfectũ ſignificat. Jtẽ auſteriſſi⁹ erat i veſtitu. Nã dr Mat.iij. Jpẽ ioãnes habebat veſtimẽtũ de pilis cameloꝝ. Hoc minime aduertũt viri et mliẽres ſeq volẽtes diuitẽ epulonẽ q induebat purpura ⁊ byſſo: ⁊ epulabatur q̃tidie ſplendide. Jtẽ auſter⁹ valde erat i habitacl'o: qꝛ hitauit in eremo. Vñ cantat de eo Antra deſerti tenerꝫ ſub annis ciuiũ turmas fugiens periſti ⁊c̃. Hoc magnũ fuit in puero ioãne ꝙ patrẽ ⁊ matrẽ ⁊ oĩa tp̄alia oblectamẽta relinq̃ns in deſertũ iuit: ne q̃uis mõ mũd⁹ eũ a dõ retraheret. ¶ Tertiũ teſtimoniũ humanuꝫ eſt teſtimoniũ turbaꝝ multipliciũ: q teſtãtur ioannẽ eſſe viꝝ ſingl'ariſſime ſctitatis: qð oſtendũt tripliciter. ¶ Primo ex ſua admiratiõe. qꝛ dr Lu.j. Oẽs q audierãt poſuerũt in corde ſuo dicẽtes Quiſputas puer iſte erit? Scðo ex ſua receptiõe: qꝛ.ſ.a turbis ſine miraclis eſt recept⁹: cũ tñ nouum ritũ induceret: ex q ſequit neceſſariũ eſſe dicere ꝙ tãemĩnẽtis erat ſctitatis vt nulli⁹ ei ↄdicere poſſꝫ ¶ Tertio ex ſua opinione. Maiorẽ em̃ habebãt opinionẽ de ioãne q̃ꝫ de chꝛo. Vñ q̃rebant a dño: q̃re diſcipuli tui nõ ieiunãt: diſcipuli aũt ioannis ieiunãt: vt hꝛ Mar.ij.

## Tertiũ principale teſtioniũ eſt teſtimoniũ diuinũ.

Habuit enim teſtimoniũ a tota trinitate ¶ Primo a patre q vocat eũ angelũ. Mal.ij. Ecce ego mitto angelũ meũ añ faciẽ tuã q p̄parãbit viã tuã añ te. Hoc em̃ dr de btõ ioanne q pfecto vir erat tot⁹ angelic⁹. Scðo habuit teſtimoniũ a filio q dedit teſtimoniũ de ↄſtantie ſue inflexibilitate Matth.xj. Quid exiſtis in deſertũ videre Arundinẽ vento agi. Jtẽ de vite auſteritate Mat.xj. Sed qd exiſtis videre: Hoiem mollibus veſtitũ: Et Lu.vij. Venit ioãnes ñ manducãs neq bibẽs. i. nõ viuẽs ſicut ceteri Vñ auſterioꝛ vita ioãnis q̃ꝫ vita chꝛi. Jtẽ de officij dignitate Mat.xj. Prophetã: Etiã dico vobis: ⁊ plus q̃ꝫ ꝓphetã. Jtẽ de ſue ſctitatis exꝑlaritate Jo.v. Jlle erat lucerna ardens ⁊ lucẽs. Jtẽ de totius

virtutis ſublimitate. Mat. xj. Amē dico vobis Nō ſurrexit inter natos mlierꝝ maior ioāne baptiſta. Fuit em̄ in eo cumulatio oīmode ꝟtuoſe ꝑfectōis. Fuit em̄ ꝟgo Fuit cōfeſſor ꝛ eremita: fuit martyr: fuit aplſ: qꝛ miſſ⁹: ꝓpha ꝛ pl⁹ ꝙ ꝓpha: fuit ēt patriarcha iq̄ꝫtū ad fidei ſacrꝫ ꝓplm̄ aſſuefecit. Patēt igr̄ teſtionia certiſſia de ſcitate ꝛ grē plēitudīe btiſſimi ioānis qb⁹ apparet euidētiſſime qm̄ ꝯueniēter ioānes ē no.e⁹

Scōm pncipale qō oñdit excellentiā grē in ioāne eſt digniſſimi officij celſitudo. Huīt em̄ triplex officiū digniſſimū.

¶ Primū eſt officiū ꝑcurſiōis ꝓphetalis.
¶ Scōm eſt baptizatiōis myſterialis
¶ Tertiū eſt ꝑparatiōis nuptialis

## Primū eſt officiū ꝑcurſionis

ꝓphetalis. in q̄ ptꝫ ei⁹ dignitas: quia ſpecialr̄ miſſus eſt a deo: vt d̄r Joā. j. Et qꝛ xp̄i aduētū ꝓpinq̄ſſimū nūciauit Mat. iij. Mar. j. Luc. iij. ꝛ Jo. j. Et qꝛ agnū dei ꝓprio digito demōſtrauit: vt h̄r Jo. j.

## Scōm eſt officiū baptiza

tionis myſterialis: qꝛ. ſ. ipm̄ dn̄m in aqua baptizauit. Magna ꝑfecto dignitas ioānis, qꝛ ſicut h̄r Mat. iij. Venit ieſus a galilea in iordanē ad Joannē vt baptizaret ab eo. Vide in hoc excellētiſſimā ioānis dignitatem.

## Tertiū eſt officiuꝫ ꝑpara

tionis nuptial'. Jpſe em̄ q̄ ꝑanymph⁹ ſponſi venit ad exhortandū ſpōſā vt ſe ꝑpararet i aduētū ſpōſi. Joā. iij. dixit ioānes diſcipul' ſuis: Jpſi vos mihi teſtimoniū ꝑhibetis ꝙ dixerim Nō ſum ego chrīs ſed qm̄ miſſus ſum añ illū Qui habꝫ ſponſam ſpōſus eſt. Amic⁹ aūt ſponſi q̄ ſtat et audit eū: gaudio gaudꝫ ꝓpter vocē ſponſi Hec ibi. Jō bñ d̄r ioānes pl⁹ ꝙ ꝓpheta. Hāc aūt ꝑparationeꝫ ſponſe fecit ioānes ꝑ ſuā ꝑdicatiōeꝫ efficaciſſimā. Apparet āt ſue ꝑdicatiōis ꝛ doctrine efficacia ꝑcipue ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter exēplare euidētiā. Plus em̄ ꝑdicabat exēplo ꝑ vite ſctitatē ꝙ verbo. Jō bñ de eo dixit dn̄s Jo. v. Jlle erat lucerna ardēs ꝛ lucēs. Bern. Ardere ſctm̄ eſt: lucere tm̄ vanū: ardere ꝛ lucere ꝑfectū. Lucifer ſplendorē hūit ſed nō ardorē. iō cecidit. ¶ Scdo ꝓpter inflexibilē ꝯſtantiā q̄ malos etiā maiores arguebat. Vñ Matt. iij. dicebat phariſeis Genimina viperaꝝ qs oñdit vobis fugere a ventura ira: Et Marc. vj. dicebat herodi: Nō tibi licꝫ habere vxorē fris tui Jdō bñ de ipo dixit dn̄s Mat. xj. Jpſe ē helias. ſ. in ſpū. Venit em̄ in ſpū ꝛ virtute helie: vt d̄r Lu. j. Sicut em̄ helias ſpū feruētiſſim⁹ arguebat vicia magnoꝝ: ita et ioānes. ¶ Tertio ꝓpter ſalutarē prudētiam. Eccl. xxj. Verba prudentū ſtatera ponderabunt Jn ore fatuoꝝ cor eoꝝ: et in corde ſapientū os illoꝝ. Et Prouerb. ix. Sciētia ſctōꝝ prudētia eſt. Apparet aūt prudētia ioānis in ꝑdicatiōe ſua qꝛ docebat aliq̄n blandis ꝓmiſſionib⁹ alliciendo. Mat. iij. Pñiam agite: appropinq̄bit enī regnū celoꝝ. A q̄bus etiā ꝟbis incepit dn̄s ꝑdicatiōeꝫ ſuā Mat. iiij. Jtē aliq̄n varis ꝯminatiōib⁹ deterrēdo Matt. iij. dicebat Jā ſecuris ad radicē arboꝝ poſita eſt Omis arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet ꝛ in ignē ꝛc. Jtē aliq̄n ꝯgruis informatiōib⁹ inducēdo. Tū ad ſaluatoris cognitiōeꝫ: cū dicebat Jo. j. Ego baptizo vos in aqua: medi⁹ aūt vrm̄ ſtetit quem vos neſcitis Jpſe eſt q̄ poſt me venturus eſt: q̄ añ me fact⁹ eſt cui⁹ nō ſum dignus vt ſoluā ꝛc. Tū ad ꝑſumptiōis excluſiōeꝫ. Vñ dicebat Mat. iij. Facite fruct⁹ dignos pñie: ꝛ ne velitis dicere intra vos Patrē habem⁹ abraā. Dico em̄ vobis qꝛ potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrae. Tū ad vite ꝟtuoſe obſuatiōꝫ. Vñ Lu. iij. turbis eū interrogātib⁹ Quid faciem⁹: rñdit: Qui habꝫ duas tunicas det nō habēti. ꝛ q̄ habet eſcas ſilr̄ faciat Luc. iij. Jtē ibidē. publicanis q̄rētib⁹ Quid faciemus: dixit Nihil ampli⁹ ꝙ qd̄ ꝯſtitutū eſt vobis faciatꝫ. Hoc dixit qꝛ publicani dicunt q̄ intromittūt ſe de negocijs ꝑtinētib⁹ ad publicū. Tales aūt ſolent eē ꝑni ad pl⁹ colligendū ꝙ ſit eis mandatum. Jnterrogabāt etiā eū (vt ibidē h̄r) milites q̄ſi parati ei⁹ ꝯſilio obedire: et ait illis Neminē ꝯcutiatis. ſ. oppmendo paupes ꝛ eos deſpiciēdo. Neqꝫ calūniaꝫ faciatis: id eſt nō imponatis falſum crimē diuitib⁹ et potētib⁹ vt occaſionē habeatis extorquendi bona illoꝝ. Et ꝯtēti eſtote ſtipendijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veſtris. Ad hec tria inducebat ioãnes mi
lites q ſolent eſſe ꝓni ad ↄtraria. Ex di
ctis itaqꝫ apparet efficacia ꝑdicatiõis ⁊ do
ctrine ⁊ officij digniſſimi bti ioãnis: ex q
bus ꝑpẽdi põt grẽ ſibi date ſinglaris ex
cellẽtia ꝓpter quã recte de eo dr qꝛ ioãnes
eſt nomẽ ei⁹.

Tertiuꝫ ꝑncipale qd oñdit excellẽ
tẽ plenitudinẽ grẽ in ioãne eſt ſa
cratiſſimi martyrij ſctitudo. Mor
tẽ eñ ſuſtinuit ꝑ triplici veritate.

Prio ꝑ veritate iuſticie quã defẽdebat
Scdo ꝑ ṽitate doctrine quã ꝑdicabat.
Tertio ꝑ veritate vite quã tenebat.

Primo ꝑ veritate iuſti
cie quã defendebat: dũ dixit herodi: Non
tibi licꝫ habere vxorẽ fris tui.

Scdo ꝑ veritate doctrie
quã ꝑdicabat. Vñ Joſeph⁹ dr: q herodes
vidẽs ad ꝑdicatiõꝫ ioãnis magnã mĺ
titudinẽ ↄuenire timẽs ne ꝓpter ṽba ioã
nis ꝑplo exoſus fieret ⁊ expelleref a regno
ꝓpter inceſtum. Jdeo ipm incarcerauit.
Gal.iiij. Inimic⁹ fact⁹ ſum vobis verum
vobis dicens.

Tertio pro veritate vite
quã tenebat. Sicut eñ ſerpẽtes ⁊ bufões
odorẽ vineaꝝ fugiũt: ⁊ ſicut noctue lumẽ
ſolis odiũt: ſic iudei vitã ioãnis imitari ñ
valẽtes ipm odiebãt ⁊ arti demonũ attri
buebãt. Mat.xj. Venit ioãnes nõ mãdu
cans neqꝫ bibẽs: ⁊ dicũt/demoniũ habet.
Vñ phariſei ꝓpter inuidiã de vita ⁊ ꝑdi
catiõe ioãnis turbati/ſuaſerũt herodi vt
caperet eũ/ incitãtes eũ ad ei⁹ mortẽ. Ex
dictꝭ itaqꝫ patꝫ admirãda ioãnis ſctitas ⁊
ſinglaris grẽ ſibi date plenitudo: ꝓpt quã
ſibi ↄuenietiſſime ↄpetit hoc nome ioan
nes. Ad hũc igif tãte ſctitatꝭ viꝝ tota mẽ
tis deuotiõe recurram⁹ qtũs ſuis meritꝭ
apd deũ grãm inuenire ⁊ gliam ↄſeq me
reamur eternã Amen

De btõ Petro apoſtolo Sermo.

Beatus es ſi
mon bariõa Mat.xvj. Spe
ciale deuotõis affectũ ad glo
rioſiſſimos aplos Petꝝ ⁊ paulũ habere
debem⁹ ꝑcipue ꝓpter tria. Prio ꝓpt ad
mirãdã dñi bonitatẽ quã in iſtis aplis ve
nerari ac recognoſcere debem⁹ ſpecialiter.
Aug⁹. in ſer. Glioſiſſimos fidei chriane
ꝑncipes annuis feſtitatib⁹ honorãtes fres
chariſſimi ipm dñꝫ ac deũ nrm q hui⁹ au
ctor eſt fidei religione debita veneramur
qm dignitas q deferf miniſtrꝭ/ illi ſine du
bio cui⁹ miniſtri ſunt exhibef: vt ait ipſe
ſaluator diſcipulꝭ ſuis: Qui vos audit me
audit: ⁊ q vos recipit me recipit. Vere be
ata aploꝝ merita in qbus ſe chrs recipi ꝑ
dicat ⁊ audiri. Bti nihilo min⁹ ⁊ illi qꝝ
deuotio delata aplis recurrit ad chrm.
Tenẽtes itaqꝫ fratres tante hui⁹ ꝑmiſſi
onis fidẽ de ſupplicijs patꝝ noſtroꝝ ꝓ xpi
ↄfeſſione ſuſceptis fidelib⁹ gaudijs exulte
mus. Hec Aug⁹. Secũdo ꝓpter vene
randã eoꝝ auctoritatẽ. Sũt eñ ſpeciales
patroni ⁊ ꝑncipes eccleſie: rectores nauis
fluctuãtis in h mari. Vñ in ꝑdictis ver
bis Auguſtini vocat eos Auguſtin⁹ glo
rioſiſſimos fidei chriane ꝑncipes. Jdem
in eodem ſermone. Nos ṽo eccliaꝝ oĩm
reuerendiſſimos patres petrũ dico ⁊ pau
lum ↄgſſimis ſtudijs honorem⁹: qb⁹ chri
ꝑſtante gratia factus eſt hodie de morte
natalis: quib⁹ finis vite viuẽdi initiũ de
dit: quib⁹ (vt ait apoſtolus paulus) viuere
chrs erat ⁊ mori lucꝝ. Erat vtiqꝫ eis chri
ſtus viuere: quia totũ chri ꝑficiebat eccle
ſijs quod viuebãt. Erat eis et mori lucrũ:
quia tali ac morte vitã ſibi mercabantur
eternã. Hec Auguſtin⁹. Tertio ꝓpter
contẽplandã eoꝝ ſanctitatẽ ꝓpter quã am
bo ſunt a domino ſpecialiter cõmendati.
Unde Matth.xvj. dicit petro: Beatus
es ſimon bariona quia caro et ſanguis ⁊c.
Et de paulo dicit Act.ix. Vas electiõis
eſt mihi iſte ⁊c. Ad pſens aũt intendim⁹
ſpecialiter de beato petro apoſtoloꝝ prin
cipe habere ſermonẽ cui a dño dicta ſunt
ṽba ꝓpoſita Beatus es ſimon ⁊c. In qb
bus verbis ſpecialr a dño ↄmendaf atqꝫ
laudaf btiſſimus petr⁹. In toto aũt euan
gelio hodierno tria ꝑcipue ponunf q btm
petrꝝ ſpeciali laude digniſſimũ oſtendũt.

Primũ eſt fidei ↄfeſſio virtuoſa.
Scdm eſt ↄfeſſiõis approbatio glioſa
Tertiũ eſt approbationis magnificatõ
fructuoſa.

PRimū igiť eſt fidei ꝯfeſſio virtuoſa
Nā ſicut dr̄ in euāgelio. Cū inter-
rogaret dn̄s diſcipulos ſuos dicēs.
Quē dicūt hoīes eſſe filiū hoīs: Et vari-
as diuerſoꝝ hoim opiniones ꝓpoſuiſſent:
dixit eis: Uos aūt quē me eſſe dicit̄ȝ: Rn̄
dēs ſimō petr⁹ dixit. Tu es chr̄s fili⁹ dei
viui. Aug. in ſer. Hic eſt ille petr⁹ q̄ ꝯfitē
do dn̄m viui dei eſſe filium validiſſima
nobis inuictaq̄ȝ credendi fūdamēta cōſti
tuit. Nā ꝑcontanti dn̄o q̄s eē ab hoībus
diceret̄: rn̄dit petr⁹. Tu es chr̄s fili⁹ dei vi
ui. i. Tu dn̄e de carne virginis factus es
chr̄s: q̄ viui dī ſempitn̄⁹ es fili⁹. Tu dn̄e
hoīb⁹ nat⁹ es hō: q̄ incogitabili maieſta-
te de⁹ es apō deū. Tu es chr̄s q̄ ꝑ redem
ptiōe nr̄a ad paſſionē veniēs īpaſſibilis ꝑ
manes apō prēm. Hec Aug⁹. Idē i li. de
ꝟbis dn̄i. Ipe petr⁹ in apl̄oꝝ ordine p̄mi⁹
in chr̄i amore ꝓptiſſim⁹ ſepe vn⁹ rn̄dit
ꝓ oīb⁹: vn⁹ ꝓmultꝭ dedit rn̄ſuȝ. Hec ille.
In illa itaq̄ȝ petri reſponſiōe. Tu es chri-
ſtus fili⁹ dei viui cōfiteť expſſe petr⁹ tria
ad noſtre fidei verā integritatē ſpectātia
quo ad ꝑſonā chr̄i ſaluatoris noſtri.

Primū ē ſublimitas dignitatꝭ.
Scōm eſt ꝟitas hūanitatis.
Tertiū claritas diuinitatis.

## Primū ē ſublimitas di-

gnitatꝭ. cū dr̄. Tu es chr̄s. ſ. ꝑ excellentiā
q̄ȝ multi alij etiā dicti ſūt chr̄i vicȝ ſacer-
dotes: reges z ꝓphete. Dixit ḡ ſibi. Tu
es chr̄s. q. d. Tu es ſūmus ſacerdos: ſum
mus rex: ſūmus ꝓpheta.

## Scōm eſt veritas huma-

nitatꝭ quā etiā ꝯfiteť. cū dixit. Tu es chri
ſtus. i. vnct⁹ per excellētiā plenitudinis
grē: q̄ quidē vnctio ſibi cōpetit ſm naturā
hūanā. Ps. Unxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo le-
ticie p̄ cōſortib⁹ tuis.

## Tertiū eſt claritas deita-

tis quā ꝯfiteť. cū dixit. fili⁹ dī viui. Aug.
in ſer. Quis igiť vnq̄ȝ in tm̄ h̄ incōphen-
ſe deitatis arcanū ſenſ⁹ attollere potuiſ-
ſet obtuitū niſi ab ore petri ſalutarꝭ hui⁹
fidei ꝟitas radiaſſet: Quis meritoꝝ eius
gloriā cuiuis magno equiparare poſſit e-
loq̄o a q̄ nobis adorande diuinitatis z fi
des cepit z ꝑmanet. Quis tāto glorioſior
viro qui fidē ſecreti inſcrutabilis, loquen
do edidit: viuēdo docuit: patiendo firma
uit. Hec Aug⁹. Patȝ ergo excellētia fidei
bti petri: in cuius fidei ꝟtute poſtea fecit
miracula. Vn̄ Act. iiij. Cū principes ſa-
cerdotū īterogarēt apl̄os petrū vȝ z ioan
nē in q̄ virtute aut in q̄ noīe ſanaſſent illū
q̄ claudus fuerat ex vtero matrꝭ ſue: pe-
trus replet⁹ ſpūſctō dixit ad eos. Princi
pes ppl̄i z ſeniores audite. Notū ſit oīb⁹
vobis z oī plebi iſrael q̄ȝ in noīe dn̄i nr̄i ie
ſu chr̄i nazareni quē vos crucifixiſtis: quē
de⁹ ſuſcitauit a mortuis: in hoc iſte cōſtat
corā vobis ſan⁹. Hec ibi. Fecit aūt petr⁹
mirabilia p̄cipue tripliciť. Primo in mor
boꝝ curatōe. Et h̄ q̄dā ſingulari z excellē
ti mō. Nec em̄ ſolū ſanauit ꝟbo deꝑcatio-
nis z inuocatōis quēadmodū ſanauit clau
dū ex vtero matris ſue q̄ q̄tidie ponebať
ad portā tēpli. Act. iij. ſȝ etiā ſanauit ver
bo iuſſiōis: ſicut ptȝ in ſanatōe enee. Act.
ix. cui dicit ſurge z ſterne tibi. Et p̄terea
ſanabat etiā vmbra corꝑis ſui Act. v. Ita
vt in plateis eijcerēt infirmos z ponerent
in lectulis z grabatis vt veniēte petro ſal
tem vmbra illi⁹ obūbraret quēq̄ȝ illorū z
liberarenť ab infirmitate. Currebat autē
multitudo vicinaꝝ ciuitatē hieruſalē affe
rentes egros z vexatos a ſpiritib⁹ imun-
dis q̄ curabanť oēs. Hec ibi. Scdo in
mortuoꝝ ſuſcitatiōe. vt patȝ Act. ix. d q̄-
dā diſcipula noīe tabita quā ſuſcitauit di
cēdo. Tabita ſurge. Impoſitiōe etiā ba-
culi ſui ſuſcitauit diſcipulū iā ꝑ dies q̄dra
ginta defunctū. Suſcitauit etiā aliū quē
ſimon magus ſuſcitare nō potuit. vide le-
gēdā. Sap. xvj. Mortis z vite habes po
teſtatē. Tertio in demonū cōfutatiōe
eos ab obſeſſis expellēdo z demonib⁹ il-
lis imperādo q̄ ſimonē magū ꝑ aera defe-
rebāt. vide legēdā. Mar. vl. Signa eos
q̄ crediderint hec ſeq̄nť. In noīe meo de-
monia eijciēt. Ptȝ itaq̄ȝ q̄ laudabilis ſit
petr⁹ ex fidei ꝯfeſſiōe ꝟtuoſa: ꝓpter quā
ſibi reſpōdit dn̄s. Beat⁹ es ſimō bariona

SEcundū p̄ncipale q̄d oñdit btm̄ pe
trū valde laudabilem eſt cōfeſſio-
nis apꝓbatō grātioſa: q̄ poniť i euā
gelio. ibi. Rn̄dēs autē ieſus dic. Beat⁹
es ſimō bariona q̄ȝ caro z ſanguis nō reue

laiuit tibi:ſed pat͛ me⁹ q̄ eſt in celis. Aug⁹
Ut aūt ↄfeſſionis hui⁹ q̄nta eſſet magni
tudo ſaluato᷑ oſtenderet d̄t ei Beat⁹ es
ſimon bariona qꝛ caro ꝛc̄. In illa aūt dn̄i
rñſione tāgunt͛ ſignāter tria ꝓpter q̄ petr⁹
vere dr̄ btus: ꝛ q̄ aliū quēlibet efficere poſ
¶Primū eſt ſubiectio ſimpli- (ſūt btm̄
cis humiliationis.
¶Secūdū eſt abdicatio terrene ꝛ carna
lis affectionis.
¶Tertiū ē inſpiratio dīne reuelatiōis.

## Primū eſt ſubiectio ſim-

plicis hūiliationis: qꝛ dr̄ ſimon bariona.
Simon em̄ interp̄taṫ obediēs: ꝛ bariona
fili⁹ colūbe.i.ſimplicitat̄. Matt.x. Eſto
te ſimplices ſicut colūbe. Q, autem ſim-
plicitas humiliatiōis faciat beatū. patet
qꝛ dr̄ Prouer.xxix. Hūilem ſpū ſuſcipiet
glia. Et ps. Populū hūilez ſaluū facies.
Idē. Hūiles ſpū ſaluabit. Et Luc.xviij.
Ois q̄ ſe hūiliauerit exaltabit͛. Gre. Eui-
dētiſſimū ſignū reprobo᷑ ſupbia. ſaluādo
rū āt hūilitas. Appuit āt ſimplicitas hūi
litatis in petro p̄cipue triplicit͛. ¶Prio in
ſua vocatiōe. Uñ Jo.j. legit͛. ꝙ cū andre
as dixiſſ3 petro. Inuenim⁹ meſſyā: petr⁹
ſtati hūiliter ſecut⁹ eſt andreā fratrē ſuū
licz iuniorē. Cū aūt dn̄s intuit⁹ eſſet pe-
trū nō ſolū exteri⁹: ſ3 poti⁹ interius quia
deus intuet͛ cor. vt dr̄.j. Regū.xvj. dic̄ ei.
Tu es ſimon.i. obediens.q.di. nomē tuū
eſt ꝓprietati tue ↄſonū: fili⁹ ioāna.i. filius
grē.q.di. hoc cognomē ↄſonat noi tuo: qꝛ
vere obediēs eſt filius grē. Jō dr̄ Hiere.
xlij. Obediam⁹ vt bn̄ ſit nobis. Et p̄ op-
poſitū inobediēs eſt filius maledictiōis.
Deut͛.xj. En ꝓpono vobis hodie male-
dictionē ſi nō cuſtodieritis mandata dei.
ꝛc̄. Itē de alia vocatōe petri legit͛. Mat.
iiij. ꝙ ābulās ieſ⁹ iuxta mare galilee vidit
duos fratres ſimonē ꝛ andreā mittentes
retia in mare: ꝛ ait illis. Uenite poſt me
faciā vos fieri piſcatores hoim. At illi cō
tinuo relictis retib⁹ ſecuti ſūt eū. In quo
maxime patz eo᷑ obediētia. Gre. Nulla
hunc adhuc facere miracula viderant: ni-
hil ab eo de p̄mio eterne retributiōis au-
dierant: ꝛ tñ ad vnū dn̄i preceptū hoc qḋ
poſſidere videbant͛ obliti ſunt: q̄nta nos
eius miracula videm⁹ q̄t flagellis atteri-
mur: q̄nti cominarū aſperitatib⁹ deterre-
mur: et tñ ſequi vocantē cōtēnim⁹. In ce-
lo iam ſedet q̄ de cōuerſione nos āmonet.
Hec ille. ¶Scdo apparet ſimplicitas et
hūilitas petri in ꝓprie indignitatis cōfeſ-
ſione. Uñ Lu.v. poſt capturā piſciū p̄ci-
dit petrus añ genua ieſu di. Exi a me dn̄e
qꝛ hō peccator ſum. Et Jo.xiij. dicit dn̄o.
Nō lauabis mihi pedes in eternū: qꝛ vicz
ſe prorſus indignū exiſtimabat a dn̄o la-
uari. ¶Tertio in ſue culpe lamētatione.
Cū vicz poſt negationē egreſſ⁹ foras fle-
uit amare. vt hr̄ Luc.xxij. Fert͛ quoqꝫ ꝙ
ſemp̄ in ſinu ſuo ſudariū portabat q̄ cre-
bro fluentes lachrymas tergebat: qꝛ quā
do dulcis allocutiōis ꝛ p̄ñtie dn̄i memor
erat: p̄ nimia amo᷑ dulcedie lachrymas
ↄtinere nō poterat: quādo etiā culpā ne-
gationis ad mēoriaz reducebat vbertim
lachrymas emittebat. Uñ adeo in cōſue
tudinē habuit flere ꝙ eius facies tota la-
chrymis aduſta videbat͛. vt dic̄ Clemēs
Idē etiā dicit. ꝙ audito in nocte galli can
tu ad orationē ſurgere ↄſueuerat ꝛ ſiliter
vt dr̄ ad fletū ꝓrūpere. Matth.v. Beati
q̄ lugent quoniā ipi ↄſo.

## Scdm qḋ beatū petrum

btm̄ effecit eſt abdicatio carnalis ꝛ terre-
ne affectiōis: q̄ tāgit͛ ibi: qꝛ caro ꝛ ſanguis
nō reuelauit tibi: qꝛ vicz nō queris viuere
ſm carnē ꝛ ſanguinē.j. Cor.xv. Caro et
ſanguis regnū dei nō poſſidebūt: qḋ expo
nēs btūs Bon.in.iiij.diſ.xliij.di. ꝙ aplus
loqt͛ ibi de carne ꝛ ſanguine q̄tū ad cor-
ruptionē nō q̄tū ad ſubſtātiā: vt intelli-
gatur ꝙ q̄ carnalit͛ viuūt regnū dei poſſi-
dere nō poterūt. Talis aūt abdicatio ap-
paret in btō petro p̄cipue triplicit͛. ¶Pri
mo in mūdano᷑ derelictōe. Uñ d̄t petr⁹.
Matth.xix. Ecce nos reliqm⁹ oia ꝛ ſecu
ti ſumus te. Nota q̄dā ſunt ꝓcraſtinātes
ↄtra quos dicit. Ecce: quidā ad tp̄s repo
nētes: ↄtra q̄s dicit reliquim⁹ nō repoſui
mus: quidā diuidentes: ↄtra quos dicit
oia: q̄dam autē res q̄dē exteriores relin-
quētes quēadmodū legit͛ d̄ q̄buſdā phis
ſed ꝓprias voluntates retinētes: ↄtra q̄s
dicit: ꝛ ſecuti ſum⁹ te: nihil q̄ ſibi reliq̄t pe
trus. Uñ Act͛.viij. Cū ſimon obtuliſſet
ei pecuniā vt p̄tātē hret dandi ſpūmſctm̄



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dixit ad eū petrus. Pecunia tua tecū ſit in pditionē zc. ¶ Scḋo in carnis mortificatōe. Gal. v. Qui chr̄i ſūt carnē ſuā crucifixerūt cū vicijs z ɔcupiſcentijs. Si ergo ſpū viuim⁹: ſpū z ambulem⁹. Hec ille. In libro aūt clemētis teſtat̄ petr⁹ q̄lit̄ carnē macerauerit. Panis (inq̄t) ſol⁹ mihi cum oliuis z raro cū oleribꝫ in vſu eſt: indumētū aūt h̄ mihi ē qḋ vides tunica cū pallio. z h̄ hn̄s nihil aliḋ requiro. ¶ Tertio ex ſpirituali ad ſuos affectiōe. Nō em̄ carnalit̄ carnalibꝫ amicis afficiebat̄ ſz ſpūalr̄. Ro. viij. Qui ſm carnē q̄ carnis ſūt ſapiunt: q̄ aūt ſm ſpm̄ q̄ ſpūs ſūt ſapiūt. Refert clemēs ſm ꝙ h̄r in hiſtoria eccl'iaſtica. ꝙ cū vxor petri ad paſſionē duceret̄: ingēti gaudio exultauit petr⁹: ac eā ꝓpe vocās noīe poſt eā exclamauit. O coniux memēto dn̄i. Itē cū petronilla filia petri eſſet clinica: plurimis diſcipl'is petri in domo ſua recūbētibꝫ ɔtigit. vt tit⁹ diceret petro. Cū vniuerſi a te ſanētur infirmi: q̄re petronillam paralyticā iacere pmittis: Apl's vero ait. Sic expedit ei. Sz ne exiſtimet̄ ei⁹ incolumitatis īpoſſibilitas meis ſmonibꝫ excuſari: ait ad eā. Surge petronilla z miniſtra nob̄. Et ſtatī ſurrexit ſana. Miniſterio autem expleto: iuſſit eā redire ad grabatum ſuū.

## Tertiū qḋ oſtendit petrū

beatū eſt inſpiratio diuine reuelatiōis q̄ tāgit̄ cū dn̄s dixit: ſz pr̄ me⁹ q̄ ē in ce. Aug⁹. Quis chrīm p carnē z in carne natū oipotentis prīs eē filiū ſentire potuiſſet: niſi ꝓpiti⁹ h̄ ipē pr̄ p petrū nob̄ e celo reuelaſſet. Dan̄. ij. Eſt de⁹ i celo reuelās myſteria: celo inq̄. i. in corde puro z icorruptibili p peccm̄ z eleuato ad deū p ɔtēplationē non eleuato p ſupbiā. j. Cor. ij. Nos nō ſpūm huj⁹ mūdi accepim⁹: ſz ſpm̄ q̄ ex dō eſt vt ſciam⁹ q̄ a dō donata ſūt nobis.

Tertiū pncipale qḋ oñdit btm̄ petrū laudabilē eſt approbatiōis magnificatio fructuoſa: q̄ tangit̄ cū dr̄ Et ego dico ti. q2 tu es petr⁹ z ſu. hāc pe. edi. ec. meā. Et porte infer. nō pualebūt aduer. eā. Et tibi dabo claues regni celorū. Et qḋcūq3 ligaueris ſup terrā erit li. z in ce. z qḋcūq3 ſol. ſup ter. erit ſol. z in cel. Aug⁹. lib. de ꝟbis dn̄i. Tanq3 dicet. Q2 tu dixiſti mihi. Tu es chr̄s filius dei viui z ego dico tibi tu es petr⁹. Hec ille. Magnificat̄ aūt approbatio ɔfeſſionis fidei ipſi⁹ petri in p̄dictis ꝟbis dn̄i tripliciṫ.

¶ Primo ꝓpter approbatā fidei firmitatē.

¶ Scḋo ꝓpt̄ declaratā firme fidi ſecuritatē.

¶ Tertio ꝓpter collataz regni celorū auctoritatem.

## Primo ꝓpter approbatā

fidi firmitatē q2 dixit ſibi. Tu es petr⁹ .i. firm⁹ ſic dict⁹ a petra. Aug⁹. lib. de verbis dn̄i. Simon q̄ppe antea vocabat̄: h̄ autem ei nomē vt petrus appellaretur a dn̄o impoſitū ē. z h̄ in ea figura vt ſignaret eccl'iam. Q2 em̄ chr̄s petra: petr⁹ popul⁹ chr̄ian⁹: petra em̄ principale nomē ē. Ideo petr⁹ a petra: nō petra a petro: q̄m non a chr̄iano chr̄s: ſed a chr̄o chr̄ian⁹ vocatur. Tu es ḡ (inq̄t) petr⁹. Hec Aug⁹. O vere ſingulare ꝑuilegiū z excellētia dignitatis in petro ꝙ ab ipſo ore dn̄ico impoſitū eſt ſibi nomē in quo typū eccleſie gerit. Legim⁹ p diuinā reuelationē ab angelis factā noīa aliq̄bus fuiſſe ſpēaliter impoſita: qḋ nequaq3 ſine magno myſterio factū credimus ſz ad deſignandā quādā ſpūalē excellētiā in eo q̄ ſic noīabat̄: Sic legi⁹ ḋ ioāne baptiſta. Lu. j. ſic de ieſu ſaluatore noſtro. Ibidē. In ſcriptura etiā ſacra legimus mutationē nois in aliq̄bus eſſe factā qḋ ſemp etiā factū ē ꝓpter aliquā gratiā ſpēalē quā a deo ɔ̄ſecut⁹ eſt ille cuius nomē ſic mutabat̄. Sicut abraz vocatus eſt abraā q̄n ſibi facta eſt ꝓmiſſio de ſemine in quo bn̄dicende erāt oēs gentes terre. Gen̄. xvij. Et iacob vocatus eſt iſrael: q2 vidit dn̄m. Gen̄. xxxij. Hoc aūt in iſtis factū eſt p miniſteriū angelicū. Hoc itaq3 multo excellentius in petro factū eſt quia ab ipſo dn̄o dicēte ipſi petro. Ego dico tibi quia tu es petrus .i. in fide firmiſſimus. Apparuit aūt firmitas fidei in petro maxime tripliciter. ¶ Primo fidez chr̄i fideliter exponendo. Tāto em̄ lumine fidei vigebat vt doctores legis iudeorū ſcribas z phariſeos ſuis predicationib⁹ ɔ̄futaret. Vn̄ Act. iiij. legit̄. ꝙ cum interrogaretur ab eis inuicem ɔ̄gregatis repletus ſpū ſancto petrus ita ɔ̄ſtanter reſpōdit. vt nihil penitus ɔ̄tradicere poſſent. Habet

etiam Actuū.ij.ꝙ ſtatim poſt receptionē
ſpiritusſancti ipſa die penteco. ſtans pe-
trus ita efficacitate fidei veritatē declara
uit vt copioſam multitudinē ad cordis
cōpunctionē ⁊ verā penitentiā induceret:
⁊ baptizati ſunt die illa circiter tria milia
Habet etiā Actuū.x.ꝙ loquēte petro ve
ritatē fidei cecidit ſpūſſctūs ſup oēs q̄ au
diebant verbū. Petrus vtiq̃ firmiſſimꝰ
atq̃ ꝓfūdus fuit in fide. Vn̄ Luc.v.di-
ctū eſt ei a dn̄o:duc i altū. Sup q̄ di. Am
broſiꝰ vt habet.xxiij.q.j.c. Nō turbatur.
Deniq̃ ⁊ ſi alijs imperet vt laxent retia
ſua:ſoli tātūmō petro dr̄. Duc in altū h̄
eſt i ꝓfūdū diſputationū. Quid em̄ tā al-
tum q̄ altitudinē diuitiaꝝ ſapiētie dei vi
dere:ſcire dei filiū:⁊ ꝓfeſſionē diuine ge-
neratōis aſſumere ¶Scd̄o miracl'a mul
tipliciter faciendo:oꝑatio em̄ miraculoꝝ
attribuit fidei vt ſup̄ diximꝰ in ſer.b.ſilue
ſtri. Fecit aūt btūs petrus miracl'a ꝑlipli-
citer.vt ſ̄ dictū eſt.j.p.huꝰ ſ.ar.iij. Et p̄
ter illos tres modos eſt alius in ſecretoꝝ
reuelatiōe:ſic patꝫ Act.v. Vbi legit quō
reuelauit ſecreta ꝯſcientie ananie ⁊ ſaphi
re q̄ defraudauerāt ecc'liam. vide ibi. ⁊ no
ta q̄ grauiter puniti ſūt:ꝓpter qd̄ multū
terreri debent defraudatores ecc'laſtico-
rū bonoꝝ. Reuelauit ēt petrꝰ ſecreta cor
dis ſimonis magi. Vn̄ cū petrꝰ ⁊ paulus
introiſſent ad neronem maleficia ſimo-
nis detegentes ſicut teſtat ſctūs marcel-
lus ⁊ leo papa:dicit ſimon magꝰ. Ne diu
tius patiar hūc inimicū p̄cipiam angelis
meis vt vindicent me de iſto. Cui petrꝰ.
Angelos tuos nō timeo:ſꝫ ipſi me timēt.
Nero dicit. Nūquid non times ſimonē q̄
deitatē ſuā rebus oſ̄ndit ⁊ affirmat. Cui
petrus. Si deitas eſt in ipſo dicat mihi
nūc q̄d cogito: quā cogitationē p̄us auri
bus tuis inſinuo. Petrus ergo accedens
ad neronē ſecreto dicit. Iube mihi panē
hordeaceū afferri ⁊ occulte dari:q̄ cum al
latus fuiſſet ⁊ petrus eū bn̄dixiſſet ⁊ ſub-
manica abſcōdiſſet:dixit: dicat ſimō qui
ſe deum facit quid ſit cogitatum: quid di
ctum:⁊ quid factū. Reſpondit ſimō. Pe-
trus magis dicat quid cogitē ego. Dixit
petrus:quid cogitet ſimon me ſcire doce
bo dum quod cogitauerit fecero. Tunc
ſimon indignatus exclamauit. Procedāt
canes maximi ⁊ deuorent eum. Subito
autem canes maximi apparuerūt ⁊ in pe
trum impetū fecerunt. Ille vero panem
benedictū obtulit:⁊ ſubito eos in fugam
cōuertit. Tunc dixit ad nerone. Ecce oſtē
di me noſſe quid contra me cogitauerat
ſimon non verbis ſed factis. Nam qui ꝓ-
miſerat angelos contra me venturos:ex
hibuit canes vt oſtendat ſe habere nō di-
uinos angelos ſed caninos. Hec Leo.
¶Tertio ꝑſecutionem pro fide ſuſtinen-
do. Multas enim perſecutiones ſuſtinuit
a iudeis. Vt patet in actibꝰ apoſtolorū.
Multas etiam ſuſtinuit a ſimone mago.
Vt habetur in legendis aureis. Mul-
tas etiam a nerone ſub quo paſſus eſt et
cruci affixus: quod moriendi genꝰ ſibi p̄-
dixerat dn̄s Io.ultimo dicens ei. Cum
eſſes iunior cingebas te ⁊ ambulabas vbi
volebas. Cum autem ſenueris extendes
manus tuas ⁊ alius te cinget ⁊ ducet q̄ tu
non vis: hoc autē dixit ſignificans qua
morte eſſet clarificaturus deū. Et cū hoc
dixiſſet:dixit ei. Sequere me. Hec ibi.
Sequere inq̄ me vt ſic ego pro te:ita et
tu moriaris pro me. Sicut ego:tu crucē
aſcende. Tu eandem quam ego mortem
patere. Sap.xviij. Simili pena ſeruꝰ cū
dn̄o afflictus eſt. Noluit tamē pati rectꝰ
ſed reuerſus propt̄ tres cauſas quas ipſe
met aſſignauit. ¶Primo propt̄ honorem
dn̄i qui paſſus eſt rectus.idō nō ſe reputa-
uit dignum vt ſic pateretur. ¶Secundo
quia chriſtus patiens propter redimen-
dum debuit ad mundum reſpicere: Pe-
trus autem patiens propter celum adqui
rendum debuit ad celum reſpectum ha-
bere. ¶Tertio quia chriſtꝰ ſemper rectꝰ
ſtetit et nunq̄ per peccatū cecidit. Ho-
mo vero caput mentis in terram defixit
et contra deū recalcitrauit. Auguſtinus
in ſermone. Hic eſt petrus qui dum ad
crucē tanq̄ crucifixi diſcipulus duceret
verſo ſe corpore poſcens crucifigi paſſio-
nem non renuit ſed equalitatem domini-
ce crucis declinauit vt oſtenderet vniuer
ſis admirande ſe humilitatis virtutem
nouiq̄ myſterij diſciplinam etiam inter
tormenta ſeruaſſe: q̄ ſecurus chariſſimi
prexit petrus ad crucemq̄ repulſo timo-
re mortis moriendi ordinem tam acer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ba in paſſione ↄſtuit: Hec Aug⁹. Voluit
igit petr⁹ pati reuerſus in cruce: capite vi
delʒ deorſum et pedib⁹ ſurſum: qd̄ et tor-
tores facile annuerūt cū etiā p hoc grauī⁹
torq̄ret. Sicqꝫ extenſus in cruce glioſus
migrauit ad dn̄m. Eadē qꝫ die paul⁹ q̄r
ciuis erat roman⁹: nō crucifigi ſed capite
trūcari iuſſus eſt. De ſentētia aūt in eos
data dr̄ Dion̄. in ep̄la ad Tim. de morte
pauli in hec v̄ba: O frater mi timothee ſi
vidiſſes agones ↄſūmatiōis ipoꝝ: defeciſ-
ſes quidē p triſticia ꝛ dolore: q̄s nō fleret
illa hora qn̄ p̄ceptū ſentētie egreſſuʒ i eos
eſt vt petr⁹. ſ. crucifigeret ꝛ paul⁹ decolla-
ret. Vidiſſes tūc turbas gētiliū ꝛ iudeoꝝ
p̄cutiētes eos ꝛ expuētes in facies eorum
Aduenīēte aūt terribili tp̄e ↄſūmationis
ipoꝝ cū ſepararent ab inuicē ligauerūt colu-
mnas mūdi nō vtiqꝫ abſqꝫ fratꝝ gemitu
ꝛ ploratu: Tūc inq̄t paul⁹ petro: Pax te-
cū fundamentū eccl'iaꝝ ꝛ paſtor ouium ꝛ
agnoꝝ chr̄i. ꝛ petr⁹ ad paulū ait: Vade i
pace p̄dicator bonoꝝ morum: mediator ꝛ
dux ſalutis iuſtoꝝ. Cū āt elōgaſſent eos
ab inuicē: ſecut⁹ ſum magiſtꝝ meū. Nō ei
in eodē loco occiderūt eos. Hec Dio. In
illa āt eadē ep̄la ſcribit Dio. q̄ Lemobia
q̄ alio noīe plātilla dicta eſt diſcip̄la pau-
li poſt mortē ap̄loꝝ eadē die vidit eos in-
troeūtes indutos veſte p̄clara ꝛ coronas
fulgētes luce radiātes habebāt in capiti-
bus ſuis. ꝛ ptulit velū ſanguine cruētatū
et oſtendit illud carnifici reuerſo q̄ paulū
occiderat ꝛ his q̄ cū eo erāt ꝓpter qd̄ m̄lti
effecti ſunt chr̄iani. Vbi eſt intelligendū
q̄ cū paulus ad locū paſſiōis duceret: in
porta hoſtien̄ matrona p̄fatā obuiā habu-
it. Cui flenti paulus ait: Vale plātilla e-
terne ſalutis filia: Cōmoda mihi velum
q̄ caput tuū tegis ꝛ inde oculos meos li-
gabo ꝛ poſtmodū illud tibi reſtituaʒ. Qd̄
dū ſibi traderet: irridebāt eā carnifices di-
centes. Quid iſti mago tā precioſum pan-
nū tribuis vt ip̄m amittas? In p̄fata etiā
ep̄la ſic lamentat̄ btūs dionyſi⁹ di. Quis
dabit oculis noſtriſ aq̄s ꝛ pupillis noſtris
fontē lachrymaꝝ vt ploremꝰ die ac nocte
lumē eccl'iaꝝ qd̄ extinctū ē. Ecce eſtē pe-
trus fundamentū eccl'iaꝝ: gl'ia ſanctoruʒ
ap̄loꝝ a nobis receſſit ꝛ nos orphanos de-
reliq̄t. Paulus quoqꝫ gentiū familiaris cō-
ſolator pauperꝝ defecit nobis et vlterius
nō inuenit̄: qui fuit pater patꝝ: doctor do-
ctoꝝ: paſtor paſtoꝝ: abyſſum ſapie: fiſtulā
altiſonā: p̄dicatorē veritatis: infatigabilē
paulū dico nobiliſſimū ap̄lm. hic angelus
terreſtris ꝛ homo celeſtis: imago ꝛ ſimilitu-
do deitatis. Nos inqꝫ inopes ꝛ indignos
dereliq̄t in hoc mundo ↄtēptibili ꝛ mali-
gno: ingreſſus eſt ad deū ſuū dn̄m ꝛ ami-
cum. Hec Dionyſius.

## Scd̄o magnificat̄ appro-

batio fidei petri ex ſuppoſitis verbis xp̄i
ꝓpter declaratā firme fidei ſecuritatē: cū
dixit domin⁹: Et ſup hanc petrā edifica-
bo eccleſiā meā: tanqꝫ. ſ. firmū ꝛ ſtabile edi-
ficiū Et porte inferi n̄ p̄ualebūt aduerſus
eam. Sup hanc petrā inqꝫ: id eſt ſup hāc
fidei firmitateʒ. Aug⁹. lib. de verbis dn̄i.
Super hanc petrā quā confeſſus es: ſup
hanc petrā quā cognouiſti dicens: Tu es
chr̄s filius dei viui. i. ſup me ieſū filiū dei
viui edificabo eccl'iam meā. Hec ille. Por-
te inferi dicunt̄ peccata: heretici: ꝛ tyranni
Sed hec om̄ia vincit fides Heb. xi. Sā-
cti per fidem vicerūt regna. Patet itaqꝫ
firmitas atqꝫ ſecuritas fidei petri de qua
dixerat domin⁹ Luc. xxii. Simon ecce ſa-
thanas expetiuit vos vt cribraret ſicut tri-
ticum Ego autē p te rogaui Petre vt nō
deficiat fides tua: et tu aliquādo ↄuerſus
confirma fratres tuos. Vbi habet̄ q̄ fi-
des eius multū a diabolo tentata cum di-
citur: Ecce ſathanas ꝛc̄. Vbi enim hoſtis
inuenit locū magis munitū: ibi maiorem
exercet conatū. ¶Secundo eius fides a
chriſto valde roborata. Vnd̄ dixit domi-
nus: Ego autē p te rogaui ꝛc̄. ¶Tertio
eius fides fuit oībus in exemplum data.
Vn̄ dicit Et tu aliqn̄ ↄuerſus ꝛc̄.

## Tertio magnificatur ap-

probatio fidei petri propter collatā regni
celoꝝ auctoritatē: cū dicit domin⁹: Et ti-
bi dabo claues regni celoꝝ. Et quodcū-
qꝫ ligaueris ſup terrā ꝛc̄. Auguſtin⁹. Hoc
illi confeſſio fidei dedit: vt ante claues re-
gni celoꝝ acciperet q̄ celi ianuas introi-
ret. Sʒ ne q̄ vos fratres de traditis petro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clauib' regni more vſaꝝ clauiũ cogitatio
terrena ꝑmoueat. Clauis eñ celi lingua
eſt petri q̃ ſingulorꝫ merita ceſendo apl's
vnicuiqꝫ regnũ celi aut claudit aut aperit.
Nõ ẽ ḡ clauis iſta mortal' artificis apta-
ta manu: ſed data a chr̃o ptãs iudicandi.
Hec Aug'. Cõſiderãd' ẽ aũt mod' ꝛ or-
do collatõis h'mõi clauiũ q̃ ad tria. ¶ Pri-
mo eñ h'mõi clauiũ facta ẽ ꝓmiſſio. cũ dr
ei dñs Matth.xvj. Tibi dabo claues re-
gni celorꝫ ꝛ q̃dcũqꝫ ꝛc. Ubi beda. Claues
nõ mõ daſ ei ſꝫ ꝓmittũſ: nõdũ eñ fabrica-
te ſũt ſup incudẽ crucis nec in chr̃i ſangui-
ne tẽperate. Hec ille. Uidere potes aliq̃
de iſtis clauib' ſup in ſer. cathedre. ¶ Se-
cũdo facta ẽ clauiũ cõmunis collatio cuꝫ
diſcipul' in vnũ ↄgregatis. Joã.xx. appa-
rẽs poſt reſurrectionẽ inſufflauit di. Acci-
pite ſpm̃ ſctm̃ q̃ꝝ remiſeritꝫ pctã remittũſ
eis: ꝛ q̃ꝝ retinueritis retẽta ſũt: q̃d ſic ẽ intel-
ligẽdũ ꝙ ſacerdos h'ñs clauẽ remittit pctã
nõ ꝑncipalr̃ ſꝫ miniſteralr̃. ¶ Tertio hu-
iuſcemõi clauiũ ſpẽalis petro data eſt cõ-
miſſio cũ ſcꝫ dñs ſuũ gñalẽ vicariũ in to-
ta eccl'ia fecit. cũ dr ei Jo.vl. Paſce oues
meas. Añqꝫ aũt dñs h' paſtorale officiuꝫ
petro cõmiſerit mlt'iplicr̃ eũ examinauit.
¶ Prio d̃ fidei aſſertiõe. Matt.xvj. Uos
aũt quẽ me eẽ dicitis. Et rñdẽs petr' dic.
Tu es chr̃s ꝛc. ¶ Scd̃o de ſpei inheſiõe
ꝑ quã petr' chr̃o ẽ ↄglutinat'. Jo.vj. Nũ-
qd ꝛ vos vultis abire: Et rñdẽs petrus
dic. Dñe ad quẽ ibim' vba vite eẽ ne ha-
bes. q.d. nullatenꝰ poſſum' ab alio ſpera-
re ſalutẽ. ¶ Tertio ſpẽalr̃ eſt examinat'
petr' de charitatꝫ dilectõe. Jo.xx. Simõ
Joãnis diligis me pl' his. Et rñdit petr'.
Tu ſcis dñe q̃ amo te. Et dñs dicit ei.
Paſce agnos meos ꝛc. Uide textũ euã-
gelicũ. Tũc aũt examinauit dñs petrũ de
dilectiõe q̃ paſtores eccl'ie debẽt dñm ꝑ
ceteris diligere. Examinauit aũt eũ ter d̃
dilectõe vt oñdaſ in petro fuiſſe ꝑfectio a-
moris q̃ eſt cũ hõ diligit deũ pluſqꝫ ſua:
pluſqꝫ ſuos: ꝛ pluſqꝫ ſe. Matth.xix. Ecce
nos reliquim' oĩa.ſ.nr̃a: nr̃os: ꝛ noſipos.
Itẽ vt oſtenderet triplex mod' amãdi q̃
fuit in petro ꝛ in nobis eſſe debet: debem'
enim diligere corde ore et opere. j. Jo.iiij.
Filioli non diligam' verbo neqꝫ lingua ſꝫ
opere ꝛ veritate. Item vt intelligamus q̃-

niam ipſe chr̃s debet a nobis diligi ꝓpter
peccata que dimittit: ꝓpter bona q̃ tribuit
ꝛ ꝓpter p̃mia q̃ ꝓmittit: non equidẽ ꝙ de-
beam' deũ diligere ꝓpter aliud q̃dcũqꝫ fi-
nalr̃ q̃ amor dei nullomõ debet ordinari
ad aliũ finẽ: alias eſſꝫ vti fruendis: q̃d ꝑm
Augu. eſt ſũma ꝑuerſitas: ſꝫ ꝓpter dei be-
neficia debem' deũ diligere occaſionali-
ter ꝛ motiue q̃ h'mõi beneficia debẽt nos
mouere ad ꝑfectius diligendũ deũ. Eccl'i
xliij. Tripliciter ſol exurit mõtes. id ẽ chr̃i-
ſtus ſctõs ad amorẽ accendit: ſcꝫ peccata
remittẽdo: beneficia largiẽdo: ꝛ p̃mia eter-
na ꝓmittendo. Dixit autẽ dñs ter paſce:
q̃ tripliciter debꝫ p̃latus paſcere ſubditos
verbo exẽplo: ꝛ tꝑali ſubſidio. Uel aliter
vt dicit Bernh. vbo p̃dicationis: exemplo
ↄuerſatiõis ꝛ fructu orõnis. j. Pe.v. Pa-
ſcite qui in vobis eſt gregẽ dei. ꝛc. Bis
autem dixit dñs. Paſce agnos meos: et
ſemel. Paſce oues meas: quia in fidelib'
ſunt tres gradus ſcꝫ incipientiũ: ꝑficien-
tiũ: ꝛ perfectorũ. Illi q̃ ſunt in duob' pri-
mis gradibus dicunſ agni. Illi qui ſunt
in tertio oues nominãtur ſicut exponit de
lyra. Et nota bene. ꝙ petro tñ cõmittun-
tur a dñõ agni ꝛ oues. i. ſimplices ꝛ humi-
les: q̃ ſoli tales ſũt eccl'ie filij: nõ lupi. i. ra-
paces ꝛ latrones: nõ vulpes. i. fraudulen-
ti ꝛ ſeductores: nõ hirci. i. luxurioſi ꝛ car-
nales: nõ leones. i. ſupbi ꝛ ſpũm inflanteꝫ
habẽtes. Ex dictis itaqꝫ patet ꝙ lauda-
bilis eſt beat' petr' ꝛ a nobis merito ve-
nerandus ꝓpter ea q̃ dicta ſunt. Bene ita-
qꝫ ab ip̃o dñõ cõmendatus eſt dicẽre ſibi.
Beat' es ſimon bariona. Hũc itaqꝫ pa-
tronũ tota deuotiõe veneremur vt ſuis
apud deũ precib' fidei ſancte perſeueran-
tiã ꝛ firmitatẽ atqꝫ charitatis ardorẽ im-
petrare mereamur ꝛ ꝑpetuã tandẽ ſũme
maieſtatis ↄtẽplationẽ obtinere. Amen.

¶ Dñica ĩfra octauã aplorꝫ Petri ꝛ pau-
li ſup illud euãgeliũ. Juſſit dñs diſcipulos
ſuos aſcẽdere in nauiculã. ꝛc. Ser.

Habete fidu-
ciã: ego ſum nolite timere.
Matth.xiiij. Theophilus.
Cum homines vel demones nos ꝑ terro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rem nitunẜ mouere audiam⁹ chꝛ̃m dicẽtez. Ego ſum: nolite timere. i. ſemper ego aſſiſto: vel ſicut deus ſemꝑ permaneo et nū𝔮 tranſeo. Hec ille. In ꝑdictꝭ ita𝔮 verbis oñditur mirabilis dñi benignitas erga nos ⁊ 𝔮ꝫ neceſſaria ſit nobis at𝔮 deſiderãda eius ꝑſentia. Et hoc idem oñdiẜ in toto decurſu euãgelij hodierni. In 𝔮̃ ꝑcipue tãgunẜ tria 𝔮̃ nobis oñdũt 𝔮ꝫ nobis neceſſaria ſit ⁊ deſiderabilis dei pñtia.

¶ Primo oſtenditur 𝔮ꝫ periculoſa ſit dñi abſentia.

¶ Secũdo oſtendiẜ 𝔮ꝫ gratioſa ſit ei⁹ beniuolentia.

¶ Tertio oſtenditur 𝔮ꝫ fructuoſa ſit eius preſentia.

PRimo igiẜ ſcꝫ in ꝑma parte euangelij oñditur 𝔮ꝫ periculoſa ſit dñi abſentia at𝔮 dãnoſa. Ibi enim dẜ 𝔮 abſente dño diſcipli periclitabanẜ Aug⁹. li. de trini. Magna hois miſeria ſine illo eſſe ſine 𝔮̃ nõ põt bene eſſe. Tangiẜ aũt in euãgelio triplex cauſa ꝑpter quã periculoſa at𝔮 damnoſa eſt dñi abſentia.

¶ Prima eſt ꝑpẜ rõnis cecitatẽ.

¶ Scda eſt ꝑpẜ affectiõis imbecillitatẽ.

¶ Tertia ẽ ꝑpẜ ipulſiõis ꝯrietatẽ.

## Prima ẽ ꝑpter rõnis cecitatẽ.

Et hoc intelligiẜ 𝔮ꝛ abſente dño a diſcipulis nox erat vt ptꝫ in euãgelio. Sic et abſente dño ſpũaliter excecaẜ rõ hois ꝑ pctm̃. Soph. j. Ambulabũt vt ceci 𝔮ꝛ dño peccauerũt. Prouer. iiij. Via impiorũ tenebroſa neſciũt vbi corruũt. Idcirco faciẽdũ eſt iuxta pſalmiſte cõſiliũ dicẽtis. Accedite ad eũ ⁊ illuminamini.

## Scda cã eſt ꝑpter affectõnis imbecillitatẽ.

Imbecillis em̃ ⁊ vacillans eſt hois affectio ad bonum abſente dño. Et hoc ſignificaẜ in euãgelio: 𝔮ꝛ abſente dño nauicula iactabaẜ fluctib⁹ Jo. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Sicut ergo dẜ pſ. Querite dñm ⁊ ꝯfirmamini Qualiter autẽ 𝔮ri debeat dẜ Sap. j. In ſimplicitate cordis 𝔮rite illũ.

## Tertia cauſa eſt ꝑpter impulſionis ꝯtrarietatẽ.

Impelliẜ em̃ hũana affectio multis tẽtatiõibus ꝯtrarijs 𝔮bus abſente dño reſiſtere nõ valet. Et h̃ ſignificaẜ in euãgelio 𝔮ꝛ abſente dño ventus erat cõtrarius eis. Aug⁹. Attendite ſeculũ 𝔮ſi mare: ventus validus ⁊ maris tẽpeſtas vnicui𝔮 ſua cupiditas. Hec ille. Naturalis etiã inclinatio aut ꝯſuetudinaria impellẽs ad pctm̃ dici põt vent⁹ cõtrarius ⁊ ꝯtra hanc facienda eſt violentia: ꝓpẜ qḋ dẜ dñs Matth. xj. Regnũ celoꝝ vim patiẜ ⁊ violenti rapiũt illud. Sup 𝔮̃ dicit Aug⁹. in ſer. 𝔮dã. Nouim⁹ 𝔮ꝛ familiariter mẽs hũana in diuerſis mũdi hui⁹ illecebris ⁊ ꝯcupiſcẽtijs deuicta fugit laborẽ: expetit voluptatẽ: et vix ad h̃ duciẜ vt ꝯſuetudinẽ a ſe vite ꝑoris excludat: ſꝫ cũ ceperit cogitare vltimi diei neceſſitatẽ: ac futuri iudicij põdus incitata ⁊ ſtimulata vel ſpe ꝑmij vel timore ſupplicij voluntariũ bellũ indiciẜ paſſiõib⁹ ⁊ vim facit ꝓſtinꝰ deſiderijs ſuis ⁊ violẽter ſe vincere ipa ꝯtendit. Hec ille. Poteſt etiã ad ꝓpoſitũ exponere illḋ Dan. vij. Quattuor vẽti pugnabãt in mari: vicꝫ ſuggeſtio pcti 𝔮ſi vẽtus occidẽtalis. Inſpiratio gratie 𝔮ſi vẽt⁹ oriẽtaẜ. Affectio cõmodi 𝔮ſi vẽt⁹ borealis ⁊ ipetuoſus. Affectio iuſticie 𝔮ſi vẽt⁹ meridionaẜ 𝔮̇ lenis eſt ⁊ calidus. Ne ẜ̃ ipellamur ⁊ ꝑiclitemur a vẽto boreali ⁊ occidẽtali 𝔮̇ ꝯtrarianẜ nob̃ deſiderãda eſt at𝔮 toto cordis affectu inuocãda dei preſentia: 𝔮m̃ ſic dẜ Ro. viij. Si de⁹ ꝓ nobis 𝔮̇s ꝯtra nos? Ptꝫ ita𝔮 𝔮ꝫ ꝑiculoſa dãnoſa𝔮 ſit dñi abſentia. Nec em̃ poſſum⁹ habere euadẽdi fiduciã niſi ꝑ ei⁹ pñtiã. Idcirco veniẽs ad diſcipl'os ſuos di. Habete fiduciã ⁊c̃.

SEcũdo oñdiẜ in euãgelio 𝔮ꝫ grõſa ſit dñi beniuolẽtia: 𝔮ꝛ vicꝫ diſcipuẜ in periculo ⁊ timore exñtib⁹ adeſſe voluit: dicẽs eis. Habete fiduciã ego ſuꝫ ⁊c̃. ⁊ petro periclitãti manũ extẽdit. Pſ. 𝔮ꝫ bon⁹ iſrẜ de⁹ his 𝔮̇ recto ſũt corde. Idẽ 𝔮ꝫ magna mltitudo dulcedinis tue dñe. ⁊c̃. In euãgelio aũt oñdiẜ 𝔮ꝫ ſit dulcis et grõſa dñi beniuolẽtia ꝑ tres eius dulciſſimas proprietates.

¶ Primo 𝔮ꝛ ipſa eſt fiducialẜr aſſecuratiua

¶ Scdo 𝔮ꝛ ipa ẽ amicabiliẜ attractiua.

¶ Tertio quia ipſa eſt mirabiliter ſaluatiua.

**Primo quia ipſa eſt fiduc**ialiter aſſecuratiua. Et hoc manifeſtat quia diſcipulis in timore exiſtētib9 locutus eſt dñs di. Habete fiduciā: ego ſum nolite timere. Vñ Cañ. ij. Clamat dñs ſuam benignitatē oſtēdēs ꝛ dicēs. Aperi mihi ſoror mea: ſpōſa mea: amica mea: ſoror in ꝙ mea ad imaginē ꝛ ſimilitudinē meā facta cui ꝛ ego me ꝯformaui in nature hūane aſſūptiōe: ꝛ ad celeſtē hereditatē mecū poſſidendam deſtinaui. Spōſa mea: ad hūc finē vt mecum regnare poſſis in celo creata: amica mea beneficiorum multitudine vt me cognoſcas ꝛ diligas predotata. Ibi ḡ tāgunt tres ſingulares denoīationes multū gⁱoſe qb9 dignat dñs honorare ꝛ appellare aiam rōnalē: q2 vicȝ vocat eā ſororē: ſpōſam: ꝛ amicā. Et hec magnā ꝯſiderationē ꝛ ſecuritatē debēt nobis dare q2 et hoc ſingulariter apparet dei ad nos ineſtimabilis beniuolētia. Profecto ſi recta fuerit affectō nr̄a nullaten9 nobis de dño diffidendū eſt. Job. xiij. Etiamſi occiderit me ſperabo in eū.

**Scd̄o quia ipſa dei boni**uolentia eſt amicabiliter ſiue dulciter attractiua: qd̄ ſignificat in hoc ꝙ petr9 audita dñi voce tanꝗ ſingulari quadā dulcedine mirabiliter allectus toto corde iaȝ cupiens eē cū dño ieſu dicit. Dñe ſi tu es iube me venire ad te ſup aquas. Et dñs ait: veni. Et deſcēdens petr9 de nauicula ambulauit ſup aquas vt veniret ad ieſum. Aug9. in ſer. Hic eſt petr9 quē chr̄i eſſe ꝯfitētiſſimū ſubiecta veſtigijs ei9 maria ꝓbauerunt. Nā a dño ſuo nouos ſibi dari in fluctib9 greſſus vt fidelis popoſcit ꝛ vt dilectus emeruit. Qui ob h̄ ſolū trepidaſſe viſus ē: vt fragilitas hūana cognoſceret q̄nta eēt inter dñm ſuūꝗ diſtantia dū aggrauata pctis caro mergit: ꝛ immaculata neſcit plāta decidere. Simul ꝛ illō. ne dū ſup aq̄s ambulans petr9 pede intrepido ꝑueniſſet ad chr̄m: dñi forte ſui viribus eq̄ret. Sȝ q̄ illū tātopere dicim9 trepidaſſe: cū pia trepidatiōe ſua maiorē ꝓfecerit ad fidē: vt em̄ credidit petr9 imperio dñi ſui poſſe ſe a fluctib9 ſuſtentari: nihilo min9 dū mergitur credit ipſius dñi ſui ſe virtute ſaluandū. Vere beati petri etiā dum trepidat mirabilis fides: quam nec ꝑurgētis periculi potuit turbare formido. Clamādo em̄ dum mergit: dñe libera me: de ſe diffiſus eſt: nō de dño dubitauit. Ne quis ergo timorē hūc glorioſiſſimi petri ducat ꝛ in viciū q̄niā timor ꝗuis ꝓmū ei9 turbauerit fidē: cōfidentiā tn̄ in eo reꝑate credulitatis ordinauit. Hec Aug9. Moraliter em̄ ambulare debem9 ſup mare p̄ntis ſeculi vt ad deum ꝑueniamus. Aug. Amas deū: ambulas ſup mare: ſub pedib9 tuis eſt ſeculi tumor: amas ſeculū: abſorbet te: amatores ſuos vorare nouit nō portare. Hec ille. Attrahit itaꝗ nos dulcis dei beniuolētia. Quā attractionē deſiderās ſpōſa dr̄ Cañ. j. Trahe me poſt te. Et ip̄e dñs nos attrahere volens dicit. Matth. xj. Venite ad me omēs q̄ laboratis ꝛ onerati eſtis ꝛ ego reficiā vos Et Jo. vij. Si q̄s ſitit veniat ad me ꝛ bibat. Nota bene ꝟba ꝛ vide q̄nta ſit dei in nos beniuolētia. Sed vñ hoc ergo cū tanta ſit dei beniuolētia ꝛ dulcedo mirabiliter allectiua ꝙ tam pauci ad dñm veniūt: tā pauci diuinā dulcedinē ꝑcipiunt. Ad qd̄ rn̄ſio iuxta euāgeliū quia nōdū vſꝗ ad quartā vigiliā vigilauerūt. Nā dñs q̄rta vigilia noctis venit ad diſcipulos in mari exiſtentes. Dic̄ q̄ppe Hiero. ꝙ nox in q̄ttuor vigilias diuidi ſolet ſiue in q̄ttuor ꝑtes q̄b9 ſucceſſiue vigilare ſolebāt milites ꝓ cuſtodia ciuitatis. Pria dr̄ ꝯticiniū. Scd̄a intēpeſtū. Tertia gallicinium. Quarta antelucanū. Qui itaꝗ vigilauerit vſꝗ ad q̄rtaȝ vigiliā: audiet dñm dicētē. Habete fiduciā: ego ſum ꝛc. Prouer. viij. Qui mane vigilauerint ad me: inuenient me. Moraliter aūt huiuſmōi vigilie ſunt cōſiderationes quedā de deo ad hoc neceſſarie vt anima illuminet ꝑ verū ſolē ꝛ inflāmet ꝑ dei amorē. Prima ē cōſideratio diuine ſciētie infallibilis q̄ oia videt. Et hec ꝯſideratio ē inductiua pudoris ꝛ ꝯfuſiōis ꝓ pctis cōmiſſis. Multū em̄ erubeſcere debet peccator q̄ pctm̄ ſuū cōmittit corā oculis diuine maieſtatis. Ps. Erubeſcant impij. Scd̄a ē cōſideratio diuine iuſticie inflexibilis q̄ eſt inductiua timoris. Ps. A iudicijs enim tuis timui. Tertia eſt cōſideratio diuine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſcōie inextiabilis q̄ eſt inductiua ſpei. Ps̄. Bn̄placitū eſt dn̄o ſup timētes eū: ꝛ in eis q̄ ſpe. ſup miſe. ei⁹. Et nota bn̄ quō ꝯiūgit Ps̄. ſpem et timorē. In his āt vigilijs nodū venit dn̄s. Quarta igiꝰ vigilia eſt ꝯſideratio diuīe bonitatꝫ q̄ eſt inductiua charitatiui amoꝝ. In hac itaq̄ vigilia venit dn̄s Jo. xiiij. Siq̄s diligit me ꝛc. Sequiꝰ. Et ad eū veniem⁹ ꝛc.

## Tertio in euāgelio oñdiꝰ

q̄ꝫ gratioſa ſit dei beniuolētia ꝑ aliā ſui ꝓperatē: vicꝫ qꝛ ipa eſt mirabilr̄ ſaluatiua: qd̄ ſignaꝰ in h q̄ ꝑiclitāti petro ꝛ clamāti Dn̄e ſaluū me fac. ꝯtinuo Jeſus extēdit manū ꝛ ſaluauit eū. Ps̄. Juxta ē dn̄s his q̄ tribulato ſunt corde: ꝛ hu. ſpi. ſaluabit. Idē. Sal⁹ āt iuſtoꝝ a dn̄o ꝛ ꝓtector eoꝝ eſt in tp̄e tribulatiōis. Aug⁹. Cū fluctuat cupiditate cor tuū: vt vincas cupiditatē tuā inuoca chr̄i diuitatē. Hec ille. Patet igiꝰ q̄ꝫ gratioſa ſit dn̄i beniuolētia quā euidenꝰ oñdit diſciplis ſuis dicēs eis Habete fiduciā ego ſum ꝛc.

Tertio in euāgelio oñdiꝰ q̄ꝫ fructuoſa ſit dei p̄ſentia: qꝛ cū aſcēdiſſꝫ Jeſus in nauiclam ceſſauit vēt⁹. Qui aūt in nauicla erāt venerūt ꝛ adorauerūt deū dicētes: Vere fili⁹ dei es. Ubi deſignaꝰ q̄ diuia p̄ntia nob̄ eſt plimū fructuoſa maxime tripliciter.

¶Prio qꝛ eſt ꝯrie impulſiōis ſedatiua.
¶Scd̄o qꝛ eſt rōnis illuminatiua.
¶Tertio qꝛ eſt deuotiōis inflāmatiua

## Primo qꝛ eſt turbatiōis

et ꝯtrarie impulſiōis ſedatiua. Et hoc ſignaꝰ qꝛ cū intraſſet ieſus in nauiclam ceſſauit vent⁹. Beda. Nō mirādū ſi aſcēdēte in nauiclam dn̄o: vent⁹ ceſſauit. In q̄ꝝ ei corde de⁹ ꝑ grām amoris ſui adeſt: mox vniuerſa vicioꝝ ꝛ aduerſitatis mūdi ſiue ſpirituū maloꝝ bella ꝯpreſſa q̄ſcūt. Hec ille. Un̄ Matt. xj. dixit dn̄s: Venite ad me ꝛc. Et ſequiꝰ. Et inuenietꝫ requiē animab⁹ v̄ris. Et Jo. xvij. In me pacē / in mūdo p̄ſſurāꝫ habebitꝫ. Et Aug. li. ꝯfeſ. Feciſti nos dn̄e ad te ꝛ inq̄etum eſt cor n̄r̄m donec requieſcat in te.

## Scd̄o qꝛ eſt rōnis illūinatiua

tiua: qd̄ ſignificaꝰ: qꝛ cū aſcēdiſſet in nauiculā hi q̄ in ea erāt cogͥuerūt eū eē filiū dei dicētes: Vere fili⁹ dei es. Jo. viij. Ego ſū lux mūdi: q̄ ſeq̄ꝰ me nō ambulat in tenebris ſed habebit lumē vite.

## Tertio qꝛ eſt deuotiōis inflāmatiua

flāmatiua: qd̄ ſcaꝰ: qꝛ venerūt et hūiliꝰ et deuote adorauerūt eū. Mal. iij. Ipſe ē q̄ſi ignis ꝯflans: purgās vicꝫ vanas cogitationes ꝛ deuotiōeꝫ inflāmās. ꝛ ad Heb. xij. De⁹ nr̄ ignis ꝯſumēs eſt. Theop. Si volum⁹ chr̄m in nauiclaꝫ noſtrā ſuſcipe. i. i cordib⁹ n̄ris hitare: ſtati īueniemur i terra ad quā ire volum⁹. ſ. in celo. Hec ille. Inueniemur inq̄ꝫ in celo ꝑ deuotā affectōnē. Phil. iij. N̄ra ꝯuerſatio i celꝭ. Ex dictis igiꝰ apparet q̄ꝫ ꝑicloſa ſit dī abſentia: q̄ꝫ gratioſa ei⁹ beniuolētia: ꝛ q̄ꝫ fructuoſa ſua p̄ntia: q̄ vtiq̄ꝫ tria ſatis nob̄ inſinuāꝰ ꝟbis ꝓpoſitꝫ: cū dr̄ diſcipulꝭ: hēte fiduciaꝫ ego ſum ꝛc. Vigilem⁹ itaq̄ꝫ attēte ꝛ diligenꝰ vſq̄ꝫ ad q̄rtā vigiliā vt ad nos dn̄s veniat ꝛ n̄ram nauiclam in portū eterne ſalutis inducat. Amen

¶De ſctō Maclouio ſiue machuto Ser.

## Quaſi ſtella

matutina in medio nebule: ꝛ q̄ſi luna plena in dieb⁹ ſuis lucet: ꝛ q̄ſi ſol refulgēs: ſic ille effulſit in tēplo dei. Eccī. l. Prouer. iiij. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplendēs ꝓcedit ꝛ creſcit vſq̄ꝫ in ꝑfectū diē: qꝛ vicꝫ ꝑ lumē gr̄e ꝑueniūt ad ꝑfectū lumē glīe: ꝛ q̄ꝫdiu hic viuūt ſp̄ lumine gr̄e ꝓficiūt. Idcirco d̄ btō maclouio bn̄ dr̄ thema ꝓpoſitū: vicꝫ Quaſi ſtella matutina ꝛc. In q̄ tangiꝰ ordo ꝛ ꝓfectus luminis gr̄e in eo tripl̄r

¶Prio qꝛ fuit q̄ſi ſtella in ſua natiuitate
¶Scd̄o qꝛ fuit q̄ſi luna plena i ꝑmanētate
¶Tertio qꝛ fuit q̄ſi ſol in ꝑfecta etate.

Primo fuit q̄ſi ſtella in ſua natiuitate Stella inq̄ꝫ matutina: qꝛ ſicut ſtella matutina oñdit acceſſuꝫ lucꝫ diei: ſic circa natiuitatē bt̄i maclouij multa ꝯtigerūt q̄ ſignū erāt lucꝫ gr̄e ſingłaris q̄ poſtea fulſit i eo. Stella inq̄ꝫ in medio nebule: qꝛ aīa rōnalis in q̄ eſt lumē gr̄e dei eſt in corpe corruptibili tanq̄ꝫ i medio nebule. Fuit itaq̄ꝫ in ſua natiuitate q̄ſi ſtella

matutina. ⁊ hoc p̄cipue ꝓpter tria.
Primo qꝛ ei⁹ natiuitas fuit generoſa
Scd̄o qꝛ fuit miracl'oſa.
Tertio qꝛ fuit religioſa.

**Primo qꝛ fuit generoſa** et nobiliſſimis vꝫ parētib⁹ in britania: ſꝫ huic nobilitati ꝓpoſuit nobilitatē moꝛuꝫ. Hiero. Sola apud deū nobilitas eſt: virtutibus eſſe claꝝ.

**Scd̄o quia miracl'oſa: q̄a** ex matre ſexagenaria: qd̄ erat p̄ſagiū gr̄e ꝯferēde btō machuto: ſicut legit̄ de ioāne baptiſta Lu. j. Et Geñ. xxvij. de iſaac.

**Tertio qꝛ religioſa. Nat⁹** eſt em̄ in monaſterio bti Brendani nocte ſctā vigilie paſce. Tūc em̄ mater ei⁹ q̄ religioſa multū ⁊ deuotiſſima mlier erat ibidē venerat ad vigilandū ⁊ deū oꝛandum. Erat aūt ei⁹ mr̄ ſoroꝛ hamonis pr̄is ſcti ſanſonis: ⁊ vmbꝛabel pr̄is ſcti magloꝛij. Pſ. Hec eſt gneratio q̄rentiū deū ⁊c̄. Baptizat⁹ eſt aūt ⁊ de ſacro fonte a btō brendano q̄ eū poſtea vt filiū ſpūalem fideliter enutriuit. Qualr̄ aūt ſctitas baptizantiū pſit baptizato: videre potes s̄. ſer. bti Nicolai parte p̄ma.

Secūdo fuit q̄ſi luna plena in ſua p̄meuitate. Luna inq̄ꝫ plena ꝑpt̄ plenitudinē virtutū. Pſ. Luna pfecta in eternū. Pōt ḡ dici de b. machuto illud qd̄ hꝛ Can. vj. mutādo tñ femininū in maſculinū. Quis eſt iſte q̄ ꝓgredit̄ q̄ſi auroꝛa ꝯſurgēs pulcer vt luna. Hūc āt p̄me etatis ſue fulgoꝛē tria declarāt.
Primū eſt doctrine capacitas.
Scd̄m eſt moꝝ ſuoꝝ grauitas.
Tertiū eſt miraculoꝝ veritas.

**Primū eſt doctrine capacitas.** Nō em̄ vt ſolet puerilis etas litteratoꝛie diſcipline fugiebat laboꝛē ſed animi alacritate affectabat ⁊ comitāte ſe chꝛiſti gr̄a ita diuine ſapie cibuꝫ hauriebat vt exinde nō modice oppletus plus tūc eſuriꝛꝫ Ecci. xxiiij. Qui edūt me adhuc eſu. ⁊c̄. Ecci. xv. Impleuit eū dn̄s ſpū ſapie.

**Scd̄m eſt moꝝ grauitas.** In puericia ei iā moꝛib⁹ ſublimis erat. Et lꝫ etate tener: animo tñ foꝛtis: ⁊ ab adoleſcētia multis vigilijs et ieiunijs macerabat coꝛpus ⁊ tanq̄ꝫ alter Tobias ab infantia ſua ſp̄ deū timuit: vt dꝛ Tob. ij. Thꝛeñ. iij. Bonū em̄ viro cū poꝛtauerit iugū ab adoleſcentia ſua.

**Tertiū eſt miracl'oꝝ veritas.** Cepit em̄ ab adoleſcētia ⁊ infantia coruſcare miraculis. Obediuit ei terra ⁊ mare: vt ptꝫ in inſula q̄ facta eſt diunit⁹ ꝓ cōſeruatione ei⁹ inter vndas maris. Itē obediuit ei alga maris quā miſit ad pſalteriū ſibi trāſferēdū ſup vndā marꝫ. Item ignis ſibi obediebat: vt cū poꝛtauit carbones in gremio ſuo: et cū reuerſus ad magiſtrū ſuū repperit candelaꝫ iam ab angelo celitus acceſam. Ex his itaq̄ꝫ declarat̄ puritas innocētia ſcti Mioſi pueri maclouij. In ſtatu em̄ innocētie oēs creature ſenſibiles obediētes fuiſſent hoi: vt ptꝫ Geñ. j. Vide p̄dicta ⁊ etiā ſeq̄ntia ꝑamplius in Legenda.

Tertio fulſit q̄ſi ſol in perfecta etate. Joſue. x. Stetit ſol in medio celi. i. eccl'ie militātis. Fulſit aūt p̄cipue triplici lumine.
Primo lumine v̄tuoſe exemplatiōis
Scd̄o lumine gratioſe inſtructiōis.
Tertio lumīe miracl'oſe ope̅atiōis

**Primo lumine virtuoſe** exemplatiōis. de q̄ Mat. v. Luceat lumē veſtꝝ coꝛaꝫ hoibus ⁊c̄. Luxit aūt p̄cipue hoc modo triplicit̄ inq̄tuꝫ nobis reliq̄t exempluꝫ triplicis virtutis ad q̄s etiā tres virtutes intelligi pn̄t reduci alie. Prim eſt exemplū coꝛpalis caſtificatōis. Semꝑ em̄ virgo ꝑmāſit. Tantū aūt zelū ad virginalē puritatē hūit vt nedū ipe ſibi ſufficeret angelicā in terris vitā ducere: veruꝫ etiā q̄ſcūq̄ꝫ potuit celibi aſſociauit vite. Bern. Quid caſtitate decoꝛi⁹ q̄ munduꝫ de imundo ꝯceptū ſemie facit: ⁊ de hoſte domeſticū: de homie angelū. Differūt et inter ſe hō pudic⁹ ⁊ angelus / ſed felicitate nō virtute. etſi illi⁹ caſtitas felicioꝛ: hui⁹ foꝛtioꝛ eſſe dinoſcit̄. Hec ille. Ut āt ſemꝑ carnē ſpūi ſubijceret / ſp̄ in victu parſimoniā ſeruauit. Et poſtq̄ꝫ monaſticū habitū induit / carnē deinceps nō comedit. Ber. Guſtato ſpū neceſſe eſt deſiꝑe carneꝫ. aſi

ſectāti celeſtia terrena nō ſapiūt. et ōis inhianti faſtidio ſunt tranſitoria. Hec ille

¶ Scōm eſt exemplū fraternꝰ benignitatis. j. Cor. xiij. Charitas patiēs eſt benigna eſt. Apparuit aūt eiꝰ benignitas in patiētia ſua ꝯ iniurias ⁊ moleſtatiōes ſibi ⁊ ſuis varijs modis irrogatas ab aliqbꝫ ꝑuerſis ⁊ inuidis volētibꝫ eū de monaſterio ac etiā de regno ꝯfundiꝰ eliminare. hec em̄ oīa patiētiſſime portauit. Jaco. j. Patiētia opꝰ ꝑfectū habet. ¶ Tertiū eſt exēplū ſpūalis ꝯtēplatiōis: ꝓpter qđ loca remotiora ad hoc aptiora logo tpe reqſiuit: etiā ꝑ mare qrendo inſulā ꝯtēplatōi aptiſſimā: vt hꝫ in legēda. Itē qrendo locū ſolitudinis dño duce ꝑuenit ad inſulā quaꝫ inhitabat monachꝰ noīe aaron cū q̄ aliqnto tpe dño deſeruiuit. Threñ. iij. Sedebit ſolitariꝰ: tacebit q: leuauit ſe ſup ſe. Potuit itaq; cū paulo dicere illđ Phil. iij. Noſtra conuerſatio in celis eſt.

## Scđo fulſit lūine fructuoſe inſtructiōis.

Cū em̄ informatꝰ eſſet bonis diuis ⁊ in ſeipo ſapiētia et moribꝫ lūinoſus ad modū ſolis cepit alios illuſtrare docēs ꝯtemptū mūdi: ceteraq; ſalutaria. Dan̄. xij. Qui ad iuſticiā erudiūt multos erūt qſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates.

## Tertio lūine miracl'oſe operatiōis.

Ps. Illuxerūt coruſcatōes tue orbi terre. Claruit aūt miracl'is ꝑcipue tripliciter. ¶ Primo circa creaturas inſenſibiles. Mutauit em̄ aquā in vinū: ⁊ vas marmoreū in vas vitreū vt biberet quidā ab eo ſuſcitatꝰ. Itē ꝓpter excōicatiōeꝫ ab eo latā in ꝓuīn britānicū terra facta eſt ſterił tā in frugibꝫ q; in arboribꝫ: et dehinc ſua bñdictiōe vbertatis copia viguit. Itē poſt eiꝰ mortē cū nimia vigeret ſiccitas in pago aletꝫ: cū fieret ꝓceſſio cū reliquijs ſcti: ꝓpłis oībꝫ vna voce eū inuocātibꝫ ꝓ pluuia: ſubito pluuia magna deſcēdit ꝑ totū pagū. ¶ Scđo circa creaturas ſenſibiles irrōnales. Nā cetꝰ in mari ſua orōne factus eſt imobilis donec ipe ⁊ q̄ ſecū erāt deſcēderēt ad nauē. Poſtea q; in die dñice reſurrectōis miſſam ſup̄ p̄dictū cetū celebrauerat credens eſſe ſaxū imobile. Itē ſuillam mortuā viuā reddidit ponēdo cuſpidē baculi in aure eius. Itē facile obtinuit preſto ſibi adeſſe lupū q̄ aſellū ſuū inuaſerat ⁊ occiderat: Quē lupū ſterni iuſſit more iumēti: ſtrueq; lignoꝝ loco aſini portare. q̄ lupꝰ poſtea extitit ſicut canis domeſticus cū famulis. Itē poſt mortē ſuā meritis eius vulpis gallū quē tulerat mortuū in ore ſuo retulit. Et cū gallū an̄ oſtiū capituli dimiſiſſet: mortuꝰ eſt vulpes et ipe gallus cātauit. ¶ Scđo circa creatās rōnales. Et hoc tripliciť. ¶ Primo mortuos ſuſcitādo. Suſcitauit em̄ tres mortuos: vicꝫ gigantē magnū in inſula ⁊ eū baptizauit. Aliū in vigilia paſce poſtq; miſſam celebrauit. ¶ Tertiū ꝓo duodēnem puerū in puteū incaute elapſuꝫ ⁊ ſūmerſuꝫ orōne ſua reuocauit ad vitā. ¶ Scđo a demone liberādo: Sic em̄ liberauit filiā cuiuſdaꝫ nobilis a demonio poſſeſſam: q̄ ſic atrociter a demone vexabať vt nō niſi ferreis catenis artata a lacerādo hoīes deſiſteret. Mar. vl. Signa eos q̄ crediderīt hec ſeq̄ntur: In noīe meo demonia eijciēt. Itē in die ſepulture ſue meritis eiꝰ ꝓpulſus eſt demon ab inergumino. ¶ Tertio a diuerſis languoribꝫ ſanādo. Nā quidam dux noīe baillorh cū vellet euertere cenobialē baſilicā in predio btī macloūj ab eo dē elegāter ꝯſtructā: eiuſq; arrogantiā et inuidiā nō poſſent viri ſcti dulcia verba emollire: ꝑnceps ille ſicut corde cecꝰ erat: ita etiā ocl'is eſt cecatꝰ. Poſtmodū aūt reuerſus ad cor ⁊ anxius lachrymis virū dei adijt veniā petēs. quē btūs vir ad miſerēdū facilis benigne ſuſcipiēs aqua bñdicta irrigās eius ocl'os oleoq; ſacro ꝑungens p̄ſtinū ei reſtituit lumē. Itē mł'tos alios cecos illūīnauit: ⁊ alios q̄plurimos varijs languoribꝫ opp̄ſſos ſanitati reſtituit. vt hꝫ in legenda. Ps. Scitote q: dñs ſcm̄ ſuū mirificauit. Sic itaq; ꝑꝫ qm̄ beatus macloūꝰ mł'tiplicit effulſit. Et q̄ de illo ꝯuenienť aſſumūtur ꝟba ꝓpoſita: videlicꝫ Quaſi ſtella matu. in me. nebule. ⁊c. Hūc itaq; glioſum ſcm̄ rogemꝰ qtūs eiꝰ meritis illūīnari mereamur lūine grē q̄ tādē ad eterne glorie lumē ꝑuenire valeamus. Amen

## ¶ De eodem alius Sermo.

Quaſi vas auri ſolidū ornatū oī lapide p̄cioſo. Eccī. l. In his ṽbis circa ſctitate btī maclouij triplex tangit̄ excellentia virtuoſa.

Prima eſt excellentia dignitatis p̄cioſe: cū dicit̄ Quaſi vas auri.

Scd̄a eſt excellētia firmitatis fructuoſe. cum dicit̄. ſolidū

Tertia eſt excellentia vniuerſalitatis ṽtuoſe: cū d̄r Ornatū oī lapide p̄cioſo.

PRima eſt excellētia dignitatꝫ p̄cioſe: q̄ intelligit̄ ꝑ hoc ꝙ d̄r: q̄ſi vas auri. Aurꝫ q̄ppe dignꝰ: nobilꝰ: atꝫ p̄cioſius eſt inter metalla. Id̄o recte dat intelligere excellētiā gr̄e q̄ aīam deo gratā efficit: eā nobilitat excellēter cū faciat eē de nūero filiorꝫ dei. Ro. viij. Qui ſpū dei agunt̄ hi filij dei ſunt. Excellētia igit̄ gr̄e ꝑ aurꝫ intelligit̄ p̄cipue rōe triū ꝯdicionū

Primo rōe ſpecioſitatis.

Scd̄o ratione puritatis

Tertio rōne vtilitatis.

## Primo rōe ſpecioſitatis

Sicut eīm aurꝫ ſpecioſuꝫ eſt ꝛ fulgidū: ita gr̄a aīam ſpecioſam ꝛ fulgidā facit. Vn̄d ſuꝑ illō Ps. Vt exhilaret faciē in oleo. d̄r gloſa. ꝙ gratia eſt nitor anie ſcīm ꝯciliās amorē. Et btūs Tho. j. ij. q. cxij. ar. j. dicit ꝙ gr̄a nihil aliō eſt q̄ꝫ q̄dā participatio diuine nature. Vn̄. ij. Pet. j. Maxima et p̄cioſa vobꝫ ꝓmiſſa donauit vt ꝑ hoc efficiamini diuine ꝯſortes nature

## Scd̄o ratione puritatis.

Aurꝫ eīm eſt puriſſimū inter metalla. Gr̄a autē dei eſt anie purgatiua Ro. iij. Iuſtificati gratis ꝑ gratiā ipſius.

## Tertio rōe vtilitatis.

Eſt eīm aurꝫ vtilꝰ ꝛ maioris p̄cij q̄ꝫ cetera metalla. Gratia autē dei vtiliſſima atꝫ p̄cioſiſſima eſt ꝑ qua habet̄ vita eterna. Ro. vj. Gratia dei vita eterna. Q̄m igit̄ in beato maclouio fuit ſpecialis excellētia gr̄e etiā ab ipis puericie ꝛ infantie annis: Id̄o bn̄ dicit̄ de eo: Quaſi vas auri. i. vas ſpecioſiſſimū: puriſſimū atꝫ p̄cioſiſſimū.

SEcūda eſt excellētia firmitatꝫ que tangit̄ ꝑ hoc ꝙ d̄r: ſolidū. Erat eīm fundatꝰ ſuꝑ firmā petrā. i. ſuꝑ amorē dn̄i ieſu chr̄i: ꝛ edificatꝰ ex ſalutari doctrina magr̄i ſui ſcti brendani. Matt. vij. Omis q̄ audit verba mea ꝛ facit ea: ſimilꝭ erit viro ſapiēti q̄ edificauit domū ſuā ſuꝑ petrā. i. bonorꝫ operꝫ ꝯſtructionē in anima ſua ſuꝑ chriſtū. Et deſcēdit pluuia. i. tentatio carnis ꝛ venerūt flumina cupiditatis et auaricie: et flauerūt venti vanitatis et ſuꝑbie: ꝛ irruerūt in domū illā ꝑ importunitatē tentationū ꝛ nō cecidit a ſtabilitate virtutis: fundata eīm erat ſuꝑ firmaꝫ petrā Beatus itaꝗ maclouiꝰ firmꝰ fuit ꝛ ſtabilis cōtra oimodas tētationes q̄ precipue ſunt triplices.

Prima eſt tentatio carnalis voluptatis

Scd̄a eſt t̄ꝑalis mundanitatis.

Tertia eſt ſpiritalis calliditatis.

## Prima eſt tentatio carnalis voluptatꝫ.

Gal. v. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritū. Contra hāc tentationē firmus fuit ꝑ obſeruantiā virginalis caſtitatis quā etiā voto firmauit ꝑ religiōis ꝓfeſſionē. Aug. lib. de virginitate. Nec nos in virginibꝫ ꝑdicamꝰ ꝙ virgines ſunt: ſed ꝙ deo dicata pia ꝯtinētia virgines ſunt.

## Scd̄a eſt tentatio tēporalis mundanitatis.

quia vt dicit̄. j. Timo. vj. Radix omniū malorꝫ cupiditas. ſ. rerꝫ tēporalium. Contra hāc fuit firmus ꝑ voluntariā paupertatē voto conſecratam. Matth. v. Beati pauperes ſpū q̄m ipſorꝫ eſt regnū celorꝫ.

## Tertia eſt tētatio ſpiritalis ſiue diabolice calliditatis.

prima. Petri. v. Aduerſarius veſter diabolꝰ tāq̄ꝫ leo rugiens circuit querēs quem deuoret. Contra hanc firmus fuit ꝛ victorioſus per profundam humilitatē et obediētiam ſpecialē deo conſecratā. Auguſtinꝰ ſuper epiſtolaꝫ ad Rho. vij. Nemo poteſt vīcere ſpiritales nequitias niſi armis humilitatis. Paret itaꝗ firmitas virtutis in beato Maclouio. Eccleſiaſtici. v. Eſto firmus in via dei.

# De ſctõ Maclouio

Tertia eſt excellentia totalitatꝫ virtuoſe: ſiue virtuoſitatꝫ copioſe: que tangitur cũ dr̃. ornatũ omni lapide ꝓcioſo. Uirtꝰ ꝗlibet dr̃ lapis ꝓpt̃ firmitatem. alias eñ nõ eſſet virtꝰ niſi firmitatẽ haberet. Precioſitatẽ aũt habꝫ qꝛ opꝰ virtutis ẽ meritoriũ vite eterne. In ſctitate aũt ⁊ ꝟtuoſis opibꝫ glo̾ſi maclouij triplex fuit totalitas ſeu perfectio.

Prima eſt ꝑfectio ex ꝑte cõmiſſoꝝ.
Scd̃a eſt ꝑfectio ex ꝑte annoꝝ.
Tertia eſt ꝑfectio ex ꝑte oꝑandoꝝ.

**Prima eſt igitur ꝑfectio** ex ꝑte cõmiſſoꝝ. Omia ei bona ſibi cõmiſſa ad honorẽ dei expoſuit. Prouer. iij. Honora dñm de ſubſtãtia tua. Honorauit quippe btũs maclouiꝰ deũ tota ſubſtãtia tpali quã ꝓpter deũ abdicauit. Phi. iij. Omia arbitratꝰ ſum vt ſtercora vt chr̃m lucrifaciã. Itẽ de tota ſubſtantia corꝑali quã totam ſemꝑ deo ſeruire cõpulit. Ro. xij. Exhibeatis corꝑa vr̃a hoſtiã viuentẽ ſctãm. ⁊c̃. Itẽ de tota ſubſtãtia ſpũali. i. tota aĩa quã ad laudem dei ꝓfuſus dedicauit. Pſ. Immola deo ſacrificiũ laudis Item ſacrificiũ laudis honorificabit me ⁊ illic iter ꝗ oſtẽdã illi ſalutare dei.

**Scd̃a ẽ totalitas ſiue perfectio** ex ꝑte ãnoꝝ ſiue tpoꝝ. Ab ipis eñ infãtie ãnis cepit deo ſeruire ſꝑ de bono in meliꝰ ꝓcedendo. Uixit aũt. cxxxiij. annis. Unũ ſatis patere põt ꝗꝫ innũerabilis in eo fuerit nũeroſitas meritoꝝ. Aug. Si bona vita longa fuerit: vtiqꝫ melius bona erit.

**Tertia ẽ totalitas ſiue perfectio** operandoꝝ ſiue opeꝝ virtuoſoꝝ: qꝛ dr̃ ornatũ oĩ lapide ꝓcioſo. Sꝫ qm̃ nõ de oibꝫ ſuis ꝟtutibꝫ loqui poſſumꝰ: idcirco tm̃ dicemꝰ quõ ornatꝰ eſt glo̾ſus maclouiꝰ duodecim lapidibꝫ ꝓcioſis q̄ Apoc. xxi. deſcribũt eẽ i fũdamẽtꝫ muri ciuitatꝫ celeſtis. i. duodeci ꝟtutibꝫ ꝑ illos lapides intellectꝫ: q̄rũ ꝟtutũ q̄tuor faciebãt eũ bene ordiatũ ad deũ: q̄ttuor ad ſeipm: ⁊ q̄ttuor ad primũ. Quattuor ergo lapides ornabãt eũ in ordine ad deũ. Primꝰ eſt iaſpis. Iaſpis viridis eſt: oclos purgat viſum acuit ⁊ ꝯfortat. Per hũc intelligit̃ fides de qua di. Aug. Fides eſt illuminatio mentis ad ſũmã veritatẽ cognoſcẽdã ⁊ diligendã. Qualit̃ aũt glo̾ſus maclouiꝰ fuit ornatus iaſpide. i. fide ꝑꝫ ex miracloꝝ oꝑatiõe de q̄ dictũ ẽ in ꝓcedẽti ſ̃. Miraculoꝝ eñ oꝑatio attribuit̃ fidei vt ſup̄ poſitũ eſt in ſer. b. ſiluestri. Scd̃s ẽ ſaphyrꝰ. Saphyrus corpꝰ hũanũ vegetat ⁊ integ̃ membra ꝯſuat. ꝑ hũc itelligit̃ ſpes q̄ ipaꝫ aiaꝫ fortificat ⁊ ꝯfirmat. Eſa. xl. Qui ſperãt in dño mutabũt fortitudinẽ ꝓpriã. i. in diuinã. Et Hebr. v. Cõfugimꝰ ad tenẽdã ꝓpoſitã ſpẽ quã ſic an coꝛã anie hẽmꝰ tutã atqꝫ firmã: ꝗlit̃ aũt totã ſpẽ ſuã in dõ poſuerit btũs maclouiꝰ: ꝑꝫ ex abdicatiõe oim terrenoꝝ ꝓpt̃ deũ: igit̃ ornatꝰ erat ſaphyro excellẽti. Tertiꝰ ẽ topaziꝰ. Topaziꝰ de colore oim lapidũ in ſe hꝫ: ꝫ glo. ſ. apoc. maxie lucet cũ ſolis ſplẽdore tangit̃ ſugãs oim gẽmaꝝ claritatẽ ⁊ nihil ẽ eo cariꝰ regibꝰ inter diuitias. Per hũc igit̃ intelligit̃ charitas q̄ ꝓcioſior eſt oibꝫ ꝟtutibꝫ ⁊ oim ꝟtutũ forma vt di. Ambro. De charitate ãt b. maclouij hr̃ euidẽs teſtimoniũ ex toto decurſu vite ſue. Quartꝰ eſt calcedonius. Calcedoniꝰ pallidã ignis hꝫ effigiẽ ⁊ valet ꝯ illuſiões demonũ: ꝑ hũc ſignat̃ deuotio q̄ hꝫ in ſe formã ardẽtis charitatis ⁊ valet ꝯ tẽtatiões. Iſid. li. de ſũ. bo. Frequẽs orõ ipugnatões vicioꝝ extinguit. Q̄nta aũt fuerit deuotio bti maclouij ꝑꝫ ex ſer. ꝓce. Fuit ꝗꝫ ornatꝰ ꝓdictꝫ q̄ttuor lapidibꝰ. Quattuor aũt lapides ornabãt eũ in ordine ad ſeipm. Primꝰ ẽ chryſopraſſꝰ. Chryſopſſꝰ valꝫ ꝯ leprã. Per hũc aũt itelligit̃ caſtitas q̄ ẽ ꝯtria lepre. i. corruptiõi mẽtꝫ ⁊ carnis. Sap. iiij. O q̄ꝫ pulcra ẽ caſta gñatio cũ claritate. i. bona oꝑatiõe. De caſtitate aũt bti maclouij dictũ ẽ i ſ̃. ꝓcedẽti. Scd̃s ẽ hiacynthꝰ Hiacynthꝰ coloris purpurei dat mẽbrꝫ vigorẽ ꝑ hũc itelligit̃ abſtinẽtia q̄ dat ⁊ aĩe ⁊ corpori vigorẽ. De aĩa ꝑꝫ ꝑ illõ hugonis de ſcõ victo. Gaudeat q̄ ꝑce viuere põt: ꝑca eñ vita occidi vicia libidinẽ extinguit virtutẽ nutrit: aim roborat: mẽtẽ ad celeſtia eleuat. De corꝑe ꝑꝫ qꝛ Ecc̃i. xxxvij. dicit̃ Qui abſtinẽs eſt adijciet vitã: ⁊ ꝑmittit̃. Pp̄ crapulã mlti ꝑierũt. De abſtinẽtia aũt bti maclouij ꝑꝫ in ſer. ꝓce. Tertiꝰ ẽ amethiſtꝰ. Amethiſtꝰ facit vigilẽs ⁊ repel

ſit cogitationē malā. Per hūc intelligit̄ diligēs exercitatio in lectiōe ⁊ ſcrā meditatione ꝑ quā repellunt̄ cogitatiões noxie. Hiero. Sēp in manib⁹ tuis diuina ſit lectio ⁊ ſacrebre orōnes vt oim cogitationū ſagitte qb⁹ adoleſcētia ꝑcuti ſolꝫ huiuſcemoi clypeo repellāt̄. Hac āt exercitatōe ſācta fulſit btūs maclo. ¶ Quart⁹ eſt ſardonyx. Sardonyx facit humilē. et ſm glo. in Apocal. eſt inferi⁹ niger: in medio cādidus: ſupius rube⁹. Per hūc intelligit̄ hūilitas q̄ apud eos q̄ circa inferiora ꝟſantur nigra eſt. apud eos q̄ aliq̄liter eleuant̄ ad deū eſt cādida ⁊ placēs ⁊ pulcra. ſed apud viros ꝑfectos ⁊ ɔtēplatiuos eſt rubea: id eſt igne charitatis accenſa ⁊ pulcerrima atq̄ gratiſſima. In btō aūt maclouio maxime fulſit hūilitas. Ber. Nulla ſplēdidior gēma i oīni ornatu pōtificꝫ q̄ hūilitas: nēpe ſi amittat̄ illa: aliaꝝ virtutū aggregatio nō niſi ruina eſt. ¶ Quattuor inſuꝑ lapides ornabāt eū in ordine ad primū.

¶ Prim⁹ eſt berill⁹. Berill⁹ viridis mitē facit et benignū. Per hūc ſignat̄ obediētia q̄ maxime fuit in btō maclouio ⁊ a ꝑma etate erga mgr̄m ſuū btm̄ brandanū: quā obedientiā voto firmauit ꝑ ꝓfeſſiōez religionis. Grego. Obediētia ſola virtus eſt q̄ ceteras virtutes mēti inſerit: inſertaſq̄ cuſtodit. ¶ Scd̄s eſt ſardi⁹. Sardius rube⁹ gaudiū accēdit ⁊ pellit timorem Per hūc intelligit̄ miſcd̄ia q̄ eſt effectus feruētis charitatꝫ: ⁊ dat gaudiū ſpūale et pellit timorē dānatiōis: dādo ſpem diuine miſeratiōis. Ps. Iocūd⁹ hō q̄ miſeret̄ et cōmodat diſp. ſer. ſu. i iu. q2 in eter. nō cō. In me. e. ert iu. ab au. ma. nō ti. Ptꝫ autē miſcd̄ia bti maclouij q̄ ꝑ poſſe miſerꝫ ſubueniebat. ¶ Terti⁹ eſt ſmaragd⁹. Smaragdus multū viridis ⁊ valet ɔtra morbū caducū. Per hūc intelligit̄ iuſticia punitiua q̄ valet ɔtra lapſum pcti. Tulli⁹. j. de officijs. In iuſticia ꝟtutꝫ ſplēdor ē maxim⁹. Hec fulſit in btō maclouio in excōmunicatiōe terre britānice. Vide legēdā ¶ Quart⁹ eſt chryſolit⁹ ſīilis auro cū marini coloris ſīilitudine ɔfortat intellectuꝫ: Per hūc intelligit̄ patiā q̄ in ſe habꝫ formā vere charitatꝫ q̄ ꝑ auꝝ intelligit̄. Habet etiā ſīilitudine marini coloris ꝓpter inq̄etatiōez aduerſitatꝫ ⁊ ɔfortat intellectū. Iuxta illō Eſa. xxviij. Vexatio dabit intellectū auditui. Fuit aūt btūs maclouī⁹ vir in aduerſis patiētiſſim⁹. Iac. j. Patia opus ꝑfectū habet. Patꝫ itaq̄ q̄ multis et varijs virtutib⁹ ornat⁹ eſt btūs maclouī. ꝓpter qd̄ recte de eo dixim⁹ ꝟba ꝓpoſita: vicꝫ Quaſi vas auri ſolidū ornatū oī lapide p̄cioſo. Hūc igit̄ veneremur chariſſimi vt eū apd̄ deū patronū habeam⁹ ⁊ aduocatū: qcūs ei⁹ p̄cib⁹ gr̄a ⁊ ꝟtutib⁹ ꝑornari et celeſtis tandē glie diademate coronari mereamur Amen.

## ¶ De btō Claro martyre. Sermo.

SIquis mihi miniſtrauerit honorificabit eū pater me⁹ Io. xij. Inextimabilis prorſus dulcedo ſaluatoris nr̄i q̄ tante ꝓmiſſiōis dulcedine ad ſuū ſuitiū nos allicit. Tenemur vtiq̄ ſibi miniſtrare et tanq̄ creatori ⁊ tanq̄ gubernatori: ⁊ tanq̄ redēptori: ⁊ tñ vltra hec ſi ad qd̄ tāmultiplicit̄ tenemur id facere voluerim⁹: ꝓmittit nobis honorē inextimabilē di. Siq̄s mihi miniſtrauerit: honorificabit euꝫ pater me⁹. Nō eſt honor iſte van⁹ chariſſimi. Ver⁹ ꝑfecto honor ē q̄ eſt a deo p̄re celeſti Sed van⁹ eſt oīs honor mōi. Om̄ ſic dr̄ ſalomō Eccēs. j. Vidi cūcta q̄ ſub ſole ſūt: ⁊ ecce vniuerſa vanitas. Hūc itaq̄ honorē nō q̄ſiuit b. clarus: ſed chro miniſtrādo celeſtꝫ honoris ſublimitatē adq̄ſiuit apud deū. Poſſum⁹ aūt ɔtēplari q̄ ſctē ⁊ laudabilr̄ dn̄o miſtrauerit ꝑ tres cōſideratiōes ꝓncipales.

¶ Prima eſt ɔſideratio inchoatiōis gratioſe.

¶ Scd̄a eſt ꝑfectiōis virtuoſe.

¶ Tertia eſt ɔſummatiōis glioſe.

PRima igit̄ eſt ɔſideratio inchoationis gratioſe. Preuētus eīn fuit ſpēaliter a diuia gr̄a. Ps. Dn̄e ꝓueniſti eū in bn̄dictō. dulced̄. Vere bn̄dictiones dulcedinis ſunt bn̄dictōes diuine grē. Iuxta illō Sap. xij. O q̄ bonus: q̄ ſuauis eſt dn̄e ſpūs tu⁹ in nobis. Fuit āt gratioſa ichoatio ſctitatꝫ bti clari ꝓpt̄ tria.

¶ Primo ꝓpter parentū virtuoſaꝫ intētōꝫ

¶ Scd̄o ꝓpter eoꝝ affectuoſam ɔuotōez

¶ Tertio ꝓpt̄ pueri Clari ḡtioſā ɔditōez



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Primo ꝓpter ſuoꝝ parētum** ꝟtuoſam intentiōez. Pater em̄ eius Eduardus noīe: rex regis angloꝝ Eadmūdi in ciuitate q̄ tūc oꝛceſtria dicebatur oꝛiūdus virginē q̄ndā ſibi mr̄imonio copulauit nō cā libidis explēde (vt m̄lti aſſolent) ſed cā ꝓlis habēde ꝛ diuino cultui educande. Matrimoniū itaq̄ ꝯhētes m̄ltū debēt ꝑcauere nē inoꝛdinata ſit eoꝝ intentio: ne. ſ. ſolū vel ꝑncipal̄r intēdant ſuꝑbiā: auariciā: vel carnalē voluptatē: q2 ſic dicit Guil̄. parif. lib. de ſacris. Qui matrimonio ꝯtraria intēdūt multū peccant. Vbi gr̄a: q̄ amoꝛe explēde libidis ſue tm̄ foriſec⁹ mr̄imonia ineūt: ſimil̄r q̄ ꝓpter ſolaz voluptatē aut auariciā iniḡt aut ꝯtrahit matrimoniū bonis matrimonij aūt excluſis aut neglectis: taliter ꝯtrahētes m̄ltum peccāt: q2 nō in ſctificatiōe: ſed in impuritate terrenoꝝ ſacr̄z ſuſcipiūt: imo abutunt̄ hoc ſacr̄o. vn̄ in tales ꝑtātem habz demoniū. Tob. vj. d̄r angel⁹ raphael tobie: Audi me ꝛ oñdam tibi q̄b⁹ pōt ꝑualere demoniū: In eos q̄ ꝯiugia ita ſuſcipiūt vt deū a ſe ꝛ a ſua volūtate excludāt ꝛ ſue libidini ita vacēt ſicut equ⁹ et mul⁹ quib⁹ nō eſt intellect⁹: habet ſuꝑ eos demoniuz ꝑtātez ꝛc. Qm̄ ita pauci recta et pura intentiōe matrimoniū ineūt: iō paucis ī matrimonio bn̄ ſuccedit. q2 vt h̄r in decretis. di. lxj. c. Miramur. Vix bono ꝑagunt̄ exitu q̄ malo inchoata ſunt ꝑncipio.

**Scdo ꝓpter parentū affe**ctuoſam deuotionē. Erāt em̄ deo deuotiſſimi diuinis ſuitijs intēti: ſinglis dieb⁹ dominū flagitātes qtūs vnū filiū deo obedientē eis tribueret. Habuerūt g̃ hūc filiū ꝑ impetrationē oꝛōnis: ſicut abraā habuit iſaac Gen̄. xv. ꝛ anna ſamuelē. j. Re. j vbi dicit anna Pro iſto puero oꝛaui ꝛ dn̄s dedit mihi petitionē meā. Sic deberent oꝛare ꝑ ꝓle habēda q̄ in mr̄imonio ſunt Nā ſicut d̄r Ecc̄i. xv. Nō ꝯcupiſcit dominus m̄ltitudinē filioꝝ infideliū ꝛ inutiliū: melioꝛ eſt em̄ vn⁹ timēs deū q̄ȝ mille impij. ꝛ vtile eſt moꝛi ſine filijs q̄ȝ relinquere impios.

ꝛ ita factū ē. Permittit q̄ppe pi⁹ dn̄s ſuos
aliq̄n interim affligi dolorib⁹ ꝛ lugere vt
ſic ꝯſolatiōe digniores fiāt Mat. v. Btī
qui lugent qm̄ ipi ꝯſolabunt̄. O q̄nta ꝯſo
latio: q̄ntū gaudiū cū ſibi inuicē occurrerēt
anna et ioachi. O q̄ delectabilis cōmuta
tio amaritudinis i gaudiū. Vere hec mu
tatio dextere excelſi. Nō ſinit vtiq̄ dn̄s ſu
os in ꝑpetuū ꝯtriſtari: ſed ſꝑ in eū ſperan
tes ſi in tribulatōe ꝛ amaritudine ſint ali
q̄n: ſpūalib⁹ tādē reficit ſolatijs. ps. Scḋȝ
multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo
ꝯſolatiōes tue letificauerūt aiam meam.
Voluit vtiq̄ dn̄s nō ſine cā differre fru
ctū ꝛ puerperiū anne vt appareret qm̄ ab
ineffabili dei ꝓuidētia ꝓceſſiſſet: ꝛ ꝑ hoc am
mirabilior cunctis haberet̄. ſicut ꝛ j. Re.
j. legim⁹ ſctiſſimū ꝓphām ſamuelē a dn̄o
datū fuiſſe anne vxori helchane q̄ lōgo tpē
infecūda ꝑmāſerat. Patȝ ḡ qm̄ btā anna

deũ timẽs: orõis ſue fructuoſam obtinuit exauditionẽ. Pſ. Beneplacitũ ẽ dño ſuꝑ timen. eũ. Et ꝓpterea apud deũ ⁊ hoĩes meruit laudẽ: q̄re de ea recte dr̄ Mulier timens deum ⁊c̄.

TErtio timor dei fecit bt̄ã annã laudabilẽ q: ꝑ dei timorẽ meruit ꝓlis ꝓpagatiõez gratioſam. Pſal. Bñdixit oĩb⁹ q̄ timẽt dñ. Itẽ Bti oẽs q̄ timẽt dñ. ⁊c̄. ⁊ ſequit̄ Uxor tua ſicut vitis abun. Btiſſime igit̄ anne data eſt ſpẽalis bñdictio fecũditatis in ꝓle. Nec eſt alia q̄ ex virili ſexe ſanctiorẽ genuerit ꝓlem. Sic enĩ ex chronicis colligit̄ habuit tres filias ſctiſſimas noĩe marias oẽs appellatas ex quib⁹ deſcenderũt viri ſanctiſſimi

Prima fuit maria mater dñi.
Scda fuit maria cleophe:
Tertia fuit maria ſalome.

**Pria igit̄ fuit maria mater dñi:** cui⁹ laudes im̃enſe longe ſupant hũana īgenia: q: vt dr̄ Hiero. Ceterĩs aũt ꝑ partes ꝑſtant̄ grẽ: in maria vo ſe totã infudit grẽ plenitudo Hec eſt enĩ q̄ totius grẽ auctorẽ in ſuo vtero baiulauit. Cũ g̃ laudes filioꝝ ⁊ filiaꝝ redũdent in parẽtes Vñ Prouerb. x. Fili⁹ ſapiẽs letificat patrẽ. Idcirco nõ eſt dubiũ bt̄ãm annã multa laude dignã eſſe q̄ talẽ nobis ꝓtulit genituram. Hec ſiquidẽ eſt ſtirps illa gl̃ioſa ieſſe q̄ virgã ꝓtulit q̄ ɔtritũ eſt caput antiq̄ ſerpẽtis ⁊ ex q̄ ort⁹ eſt flos ille pulcerrimus chr̄s ieſus. Eſa. xj. Egredief virga de radice ieſſe ⁊ flos de radice ei⁹ aſcẽdet

**Scda filia fuit maria cleophe.** Mortuo enĩ ioachim cleophas duxit annã q̄ ex eo ɔcepit aliã filiã q̄ maria cleophe dicta eſt. de q̄ deſpõſata alpheo nati ſunt iacob⁹ minor: ſimon chananeus: iudas taddeus q̄ fuerũt apl̄i: ⁊ ioſeph qui cognominat⁹ eſt iuſt⁹. Hi oẽs viri ſctiſſimi. Pſ. Hec eſt generatio q̄rentiũ dñm.

**Tertia filia fuit maria ſalome.** Mortuo enĩ cleopha: Anna tertio marito. ſ. ſalome nupſit ex q̄ ɔcepit aliã filiã q̄ maria ſalome dicta eſt. De q̄ deſponſata zebedeo nati ſunt iacob⁹ maior ⁊ ioã⁹ nes euãg. Videte itaq̄ q̄ ſctiſſima fuerit ꝓgenies hui⁹ ſctiſſime anne. Gratiſſimũ ꝓfecto dõ fuit anne m̃rimoniũ: queadmodũ ⁊ de m̃rimonio abrae dr̄ Aug. li. de bono ɔiugali. Nõ eſt impar meritũ ɔtinẽtie in ioãne q̄ nullas expertus eſt nuptias. Et in abraã q̄ filios gñauit: q: vtiq̄ abraã ſic habuit aĩm diſpoſitũ vt parat⁹ eſſet virginitatẽ ſeruare ſi illo tp̄e ɔgruũ eſſet. Vñ dr̄ Aug⁹. vbi ſ. q: ioãnis celibat⁹ ⁊ abrae cõiugiũ ꝑ tẽpoꝝ diſtributiõez dño militauerũt. Sic itaq̄ dicere poſſum⁹ de bt̄ã anna queadmodũ ⁊ de abraã: nã ⁊ ꝓpinqui⁹ ex ea deſcẽdit ꝓles in q̄ facta eſt oĩm gentiũ bñdictio q̄ꝫ de abraã. O igit̄ ſũme laudabilis m̃lier ꝓpter ſue ꝓlis ſctitatẽ. Et vos igit̄ q̄ ꝓles habetis ſic laborate educãdo: diſciplinãdo: ⁊ inſtruẽdo filios vt inde laudẽ apõ deũ mereami. Prouer. xxiij. Qui arguũt laudabunt̄ ⁊ ſuꝑ ipos veniet bñdictio. Ex dictis itaq̄ p3 q̄ laudabilẽ beatã annã effecerit diuin⁹ timor: ꝓpter qd̄ recte d̄ ipa dr̄: q: m̃lier timẽs deũ ipa laudabit̄. Nã ſicut dr̄ Eccl. j. Timor dñi gloria ⁊ gl̃iatio ⁊ leticia ⁊ corona exultatiõis Et ibidẽ. Timẽti deũ bñ erit in extremis et in die defunctiõis ſue bñdicet̄. Laudem⁹ igit̄ bt̄ãm annã q̃m multis laudib⁹ digna eſt: q̄tũs ꝑ eius meritũ timoris ſpm̃ accipere ⁊ laudẽ tandẽ apõ deũ inuenire mereamur. Amen.

De bt̄ã Martha hoſpita chr̄i. Ser.

**MUlier quedam** martha noĩe excepit illũ in domũ ſuã. Lu. x. c. Beatã martha p̄cipua debem⁹ veneratiõe colere q̄ ſpecialis hoſpita dñi ac ſaluatoris noſtri extitiſſe ꝓbatur. Ad cuius reuerentiã tria ſunt nobis myſteria cõtemplãda.

Primũ eſt gratioſe hoſpitatiõis.
Scdm̃ eſt v̄tuoſe ſignificatiõis.
Tertiũ eſt gl̃ioſe retributiõis.

PRimũ eſt myſteriũ gratioſe hoſpitatiõis de quo dicũt verba propoſita: Mulier quedã Martha noĩe excepit illum in domũ ſuã. Eſt au

tem triplex hoſpitatiōis modus q̄ rece-
pit dn̄m in hoſpitio ſuo.

¶ Primus eſt modus hoſpitationis my-
ſterialis.

¶ Secūdus eſt modus hoſpitatiōis per
ſonalis.

¶ Tertius eſt modus hoſpitationis ſpi-
ritualis.

## Primus eſt mod⁹ hoſpi-

tatiōis myſterialis q̄ vicȝ recepit dn̄m in
corpe ſuo myſtico vicȝ ſuſcipiēdo mēbra
chrī myſtica q̄ ſūt paupes. Dicit em̄ chr̄s
Matt. xviij. Quicūq̧ ſuſceperit vnū par-
uulū talē i noie meo: me ſuſcipit. Et mat.
xxv. dicet dn̄s in iudicio. Hoſpes erā ꝛ col
legiſtis me. Btā igit martha q̄ hoſpita-
litati dedita erat ꝛ opibꝫ miſcdie adeo vt
vt ois tā domeſticus q̧ alienigena q̄dq̄d
peteret acciper: recipiēdo pauper: in ipis
etiā chr̄m pauperē: recipiebat.

## Secūdus eſt modus ho-

ſpitatōis pſonal q̄ vicȝ chr̄m recepit i pſo
na ppa. Et de iſto ad lr̄am dicūt vba p̄
poſita qꝛ vicȝ intrauit ieſ⁹ i q̄ddā caſtellū
ꝛ mulier q̄dā martha noie excepit illū in
domū ſuā. Frequēt vtiq̧ diuertebat dn̄s
ad domuȝ marthe. Vn̄ Mar. xj. hr̄ ꝙ in
die palmaꝝ poſtq̧ in tēplo p̄dicaſſȝ circū
ſpectȝ oibꝫ ſi q̄s ſcȝ eū inuitaret cū iaȝ eēt
hora veſptina exijt in bethaniā cū duode
cim ſcȝ in domū marthe. Frequēter etiaȝ
vbicūq̧ eēt dn̄s martha aderat vt mini-
ſtraret. Vn̄ dr̄ Joā. xij. ꝙ vbi erat ieſus
martha miniſtrabat. Et Lu. x. Martha
aūt ſatagebat circa frequēs miniſterium.
Miniſtrabat aūt martha dn̄o cū magna
reuerētia ꝛ hūilitate. Vn̄ dixit dn̄o Luc.
x. Dn̄e nō ē tibi cure ꝙ ſoror mea relinq̄t
me ſolā miniſtrare. Dic̄ illi ꝛc̄. Hoc q̄p
pꝫ dicebat nō ex inuidia neq̧ q̄ſi dolēs ex
labore ſȝ ex ſpēali reuerētia ad dn̄m. qꝛ ſi-
bi bn̄ videbat ꝙ ipa ꝛ ſoror ſua ſimul imo
ꝛ tot⁹ mūd⁹ nō ſufficeret dn̄o miniſtrare
O q̄ntus honor fuit ipi marthe filiū dei
in hoſpitio ſuo hr̄e ꝛ ei ſic familiarit mini
ſtrare. Sic̄ em̄ fili⁹ di ꝟginē mr̄em elegit
vt in ei⁹ vtero carnē hūanā aſſumēs nouē
mēſibꝫ hoſpitaret ꝛ ex ei⁹ lacte ꝟgineo in
ei⁹ infātia nutriret: ſic marthā elegit inter
ceteras vt i etate virili in domo ſua hoſpi
taret ꝛ ab ea paſceret. Vere felix martha
in cui⁹ domo dn̄s mōi hoſpitari dignat⁹
eſt paſci.

## Tertius eſt modus hoſpi

tatiōis ſpūal: q̄ recepit eū in domo ꝯſcie
ſue. Felici⁹ vtiq̧ hoſpitabat ꝛ habitabat
dn̄s i corde marthe q̧ i ei⁹ ede. Cū ei eēt
ipi⁹ chrī diſcipla: i ea iplebat vbū dn̄i di.
Jo. xiiij. Vos in me ꝛ ego in vobis Item
ab ifātia dinis erat p̄ceptȝ ſubditaȝ dn̄m
ardēter diligebat Jō chr̄s imo ꝛ tota tri
nitas in ea māſionē faciebat. Iuxta illud
Jo. xiiij. Si q̄s diligit me: ſermonē meū
ſerua. ꝛ pr̄ me⁹ diliget e. ꝛ ad e. ve. ꝛ man
ſionē apō eū faciem⁹. Et. j. Cor. iij. Neſci
tis qꝛ tēplū dei eſtȝ vos ꝛ ſpūs dei habi-
tat in vob. Vbicūq̧ aūt habitat ſpūſſcūs
ibi habitat ꝛ pr̄ ꝛ fili⁹ qꝛ opa trinitatȝ ad
extra ſunt indiuiſā. Sic itaq̧ recte dicim⁹
q̄m mulier q̄dā martha noie excepit illuȝ
ſcȝ dn̄m in domū ſuā triplici mō p̄dicto.

Ecūdū ē myſteriū ꝟtuoſe dignifi
catōis vbi ꝯſiderādū q̄liter ꝛ p q̄d
digna facta ē glioſa martha tanto
hoſpite: q̄ ſic hoſpitat⁹ ē in domo ſua tam
materiali q̧ ſpūali. Digna pfecto fuit p
pter ſuā ſctitatē. Ps. Tu aūt i ſctō habi
tas. Et hiere. vij. Bonas facite vias ve
ſtras ꝛ ſtudia vr̄a ꝛ habitabo vobiſcū. Et
Matth. vj. Pr̄ nr̄ q̄ es i cel. i. in ſctis hoi
bus. Fuit aūt btē marthe ſctitas multuȝ
laudabilis ꝓpt tres ei⁹ nobiles ꝛ laudabi
les ꝯditiones.

¶ Pria ē ꝯditio copioſe mltiplicitatȝ.

¶ Scda ē ꝯditio fructuoſe integritatis.

¶ Tertia ē ꝯditio victorioſe firmitatȝ.

## Prima eſt cōditio copio

ſe mltiplicitatȝ. Fuerūt em̄ in ea mltipli
ces ꝟtutes ꝛ p̄cipue tres: ꝓpt q̄s digna fuit
chrī p̄ntia in hoſpitio ſuo. Ad q̄s etiā vir
tutes reduci p̄nt aliq̄ mō oēs alie ꝛ p eas
itelligi. Sūt aūt iſte tres ꝟtutes puta vir
ginitas: fidi claritas: ꝛ iflāmata charitas
Per ꝟginitatē corp⁹ erat aie ſubiectū et
bn̄ regulatū ꝛ p eā intelligi poſſūt oēs vir
tutes p q̄s repmit inordinat⁹ mot⁹ ſen
ſualitatis. p fidē pficit intellect⁹: ꝛ p chari
tatē volūtas ſiue affect⁹: ꝛ ſic ad eas re
duci p̄nt oēs ꝟtutes q̄b⁹ ipa rationalis

ania pficit. ¶ Prima ğ virt⁹ q̄ fecit btām
marthā tāto hoſpite dignā ē pura virgi/
nitas: virginitatē em̄ ſeruauit ⁊ viriles cō
tactus oīno vitauit: ⁊ hāc virginitatē deo
dicauit religioſe viuēdo. In ꝟginib⁹ aūt
ſpecialit̄ hitat chr̄s. Vn̄ Apoc. xiiij. Vir/
gines em̄ ſunt et ſequūt̄ agnū q̄cūq₃ ierit.
Sicut itaq₃ chr̄s virginē matrē elegit c⁹
lacte ꝟgineo ab infātia paſci voluit. Vir/
ginē etiā ioſeph ſpōſum eſſe voluit matr₃
ſue q̄ curā ei⁹ haberet ⁊ ei miniſtraret in
infantia ⁊ puericia: ſic ⁊ elegit virginē ho
ſpitā marthā in iuuētute ſua ⁊ etate pfe/
cta q̄ ei ſpēaliter miniſtraret. De ꝟginita/
te q̄ppe dicit Alchuin⁹. Virginitas vita
eſt angelica q̄ ſi cū hūilitate fuerit: ſpūſſcti
merebit̄ inhitationē. Et nota bn̄ ex dictis
quō chr̄s ꝟgines eſſe voluit q̄ ſibi miſtra/
rēt. Vn̄ dr̄ Alchuin⁹: Oib⁹ caſtitas ne/
ceſſaria eſt ſed p̄cipue miniſtris altaris: q̄/
rū vita alioꝝ eſſe debet eruditio: ⁊ p̄dica/
tio ſalutis aſſidua. Decet em̄ dn̄m ctēs ha
bere miniſtros q̄ a nllō carnis ꝯtagio cor
rūpant̄. Hec ille. Sic aūt dn̄s libent̄ ha/
bitat in his q̄ caſtitatē obſeruāt: ſic ex op
poſito diabol⁹ habitat in luxurioſis ⁊ im
pudicis: ſicut figuratū ē Matt. viij. Vbi
h̄r: q̄ demones petierunt intrare in por/
cos ⁊ pmiſit dn̄s. ¶ Scd̄a virt⁹ eſt fidei
claritas: p fidē q̄ppe hitat chr̄s in homie.
Eph. iij. Interiorē hoiem hitare chr̄m p
fidē in cordib⁹ vr̄is. Quāta aūt fuerit h⁹
mulier₃ fides pat₃ Ioā xj. vbi ꝯfitet̄ chr̄i
potētiā cū dr̄. Dn̄e ſi fuiſſes hic frat̄ me⁹
nō fuiſſet mortu⁹. q.d. ſi voluiſſes potuiſ/
ſes eū a morte p̄ſeruare: ꝯfitet̄ em̄ ibi re/
ſurrectionē generalē futuraꝫ cū dr̄: Scio
q₂ reſurget in reſurrectōe in nouiſſimo die
Itē expſſe ꝯfitet̄ chr̄i diuitatē ac etiā hūa
nitatē: cū dr̄. Ego credidi q₂ tu es chr̄s fi/
li⁹ dei viui. Per fidē itaq₃ facta eſt mar/
tha ſponſa dei. Oſee. ij. Spōſabo te mihi
in fide. Itē filia dī. Gal. iij. Filij dei eſtis p
fidē in chr̄o ieſu. Itē tēplū dei ⁊ habitacu
lū. j. Io. iiij. Quiſq̄s ꝯfeſſus fuerit q̄m ie/
ſus eſt fili⁹ dei. de⁹ in eo ⁊ ip̄e in deo
¶ Tertia virtus eſt inflāmata charitas.
Per hāc q̄ppe p̄ncipalr̄ habitat de⁹ in ho
mine. j. Io. iiij. Qui manet in charitate in
deo manet ⁊ de⁹ in eo. Magna vtiq₃ fuit
charitas marthe. Primo ad ꝓximos q̄s

ꝓpter deū diligebat: nō ſolū v̄boꝛ linguaꝫ
ſed ope ⁊ veritate. vt dr̄. j. Io. iij. Nā ſic ſup
dictū eſt paupes reficiebat ⁊ mie opibus
ꝯtinue iſiſtebat. Vn̄ ponit̄ vt exēplar et
ſpeculū ſpēale vite actiue ad quaꝫ ptinet
miſcdie opib⁹ inſiſtere. Notāde ſunt autē
tres p̄ncipales ꝯſideratiōes q̄ inducere
dn̄t ad ſubueniendū et miniſtrādū pau/
perib⁹. ¶ Prima eſt ꝯſideratio honorabil̄
dignitat₃. Miniſtrare em̄ paupib⁹/eſt ipſi
deo miniſtrare. Prouerb. xiiij. Honorat
dn̄m q̄ miſeret̄ paupis. Et Matth. xxv.
q̄mdiu vni ex minimis meis feciſtis: mihi
feciſtis. Narrat Petr⁹ de amore li. ij. q̄ cū
q̄dā mlier nobilis ꝯſueta eſſet paupes re
cipe ⁊ eis ꝓprijs manib⁹ ſeruire: coꝝ q̄₃ pe
des abluere inuito marito ſuo: Cū ſemel
inueniſſet pauperē an̄ ianuā mirabilr̄ vt
videbat̄ afflictū ⁊ vlceroſuꝫ introduxit eū
in domū viro abſente. Et cū peteret bal/
neū/parauit illi. Qui cū diceret poſt bal/
neū q̄ nō q̄eſceret niſi i lecto molli/poſuit
eū in lecto ſuo. Cū aūt vir ei⁹ veniſſet ex
improuiſo ⁊ camerā ſubito introiſſet: in le
cto inueniēs p̄dictum infirmū/ credidit
adulteꝝ eſſe: Et cū ex ire impetu vell₃ eū
occidere: ſup lectū apparuit ei dn̄s in eadē
forma q̄ pendebat in cruce: d. Quid me p̄/
ſeq̄ris q̄ hec p te paſſus ſum. Cū aūt pter
ritus in celū oclos erigeret ⁊ oraret/ nihil
poſtea inuenit: ſicq₃ ꝯuerſus fact⁹ eſt bo/
nus hoſpes ⁊ pius pater paupeꝝ: auditis
his q̄ facta fuerāt ab vxore. Itē legit̄ d̄ ſā
cta heliſabet q̄ i hoſpitali marckburg qd̄
ꝯſtruxerat: erat q̄dam infirm⁹ ⁊ ꝓpto/
tāimmūd⁹ et fetid⁹ ⁊ tāhoꝛribil̄ aſpectu
q̄ eū oēs fui ⁊ ancille abhoꝛrebāt: qd̄ vi/
dēs btā heli. cū hūilitate ⁊ diligētia mini
ſtrabat ei: caput ei⁹ lauabat ⁊ eū balnea/
bat ⁊ proprijs brachijs poꝛtabat: ⁊ in gre
mio ſuo eū quieſcere faciebat: ⁊ h̄ ei ſ̄uitiū
q̄ttuoꝛ dieb⁹ exhibuit: ⁊ poſtea infirm⁹ diſ
paruit. Quita ꝟo die cū ip̄a eſſet in oratō
ne chr̄s ſibi apparuit dī. Ego ſum chr̄s fi
lius marie cui ſeruiuiſti his dieb⁹ ⁊ q₂ mi/
hi ꝓuidiſti in foꝛma leproſi: habebis me/
cū gaudiū eternū. ¶ Scd̄a eſt ꝯſideratio
deſiderabilis vtilitatis. Ps̄. Btūs q̄ itel/
ligit ſup egenū ⁊ paupere in die mala libe/
rabit eū dn̄s. Et Tob. iiij. Quō potueris
eſto miſericoꝛs ⁊c. ſequit̄: Premiū em̄ bo/



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nū theſaurizas tibi in die neceſſitatis ꝛc.
Tertia eſt ꝯſideratio imitabilis exēpla
ritatis: puta btē heliſabet. de q̄ vide ſup̄
in ſermōe de ipa. Eſt etiā exemplū bti lu-
douici regis q̄ manu ꝓpria paupib⁹ mini-
ſtrabat ꝛ ſp in prandio ꝛ cena paupes ha-
bebat ꝓpe ſe qbus d̄ cibis ſibi appoſitꝫ cha
ritatiue mittebat. Eſt etiā exēplū bti lu-
douici marſilieñ. q ꝛ leproſis ꝛ paupib⁹ fa
mulabat. Eſt ꝛ exemplū bti Frāciſci q̄ in
ꝑncipio ꝯuerſiōis ſue totū ſe ꝯtulit ad ſ-
uitiū leproſoꝝ. Hēm⁹ ꝛ exemplū ſpēale d̄
btā martha q̄ ſp mie opib⁹ itētiſſima erat
Et qꝛ deū in paupib⁹ honorabat: idcirco
meruit ab eo ſpēalr ex ſua pñtia honorari
Opib⁹ etiā miſcōie ſpūalib⁹ intēdebat p̄-
ſertim poſt aſceñ. dñi p̄dicādo. ſ. verbū di
et aiaꝝ ſalutē ꝓcurādo. Dedit ei ei dñs
diuie p̄dicatiōis facūdiā. Erat em̄ corpe
venuſta: facie decora et ḡtioſa: eloq̄o acu-
ta: lingua diſerta: ꝛ añ heroes ꝛ nobiles re-
cipiebant ſmones ei⁹: ꝛ p̄ ceterꝫ multꝫ in
ꝯuertēdo ꝓplos magꝫ ꝓficiebat. Predicā
te aūt maximino: maria: ꝛ martha maxia
pars ꝓploꝝ ꝯuerſa eſt ad chr̄m in citate
aqueñ ꝛ regione circūſtāte. Patꝫ ḡ chari
tas ei⁹ ad primos q̄ eſt cā inhitatōis Vñe
.j. Jo. iiij. Si diligam⁹ inuicē: de⁹ i nobꝫ
manet. Itē verā ꝛ rectā habuit charitatē
ad ſeipam. Nec em̄ ſe amauit inordinato
amore q̄ (ſm Aug. lib. de ciui. dei) ꝯſtituit
ciuitatē babylonis: ſed amore recto: dili-
gendo. ſ. aiam et eius ſalutē ꝓcurādo: nō
ſm carnē viuēdo: ſed ſm ſpm̄: ꝛ carnē ſpūi
p vite auſteritatē ſubijciēdo. Quot em̄ la
bores: q̄t anguſtias: q̄ntas fames ſuſtinu-
it: recordari ñ p̄t. Vixit q̄ppe apō thara-
ſconū. ſ. circa rhodanū ꝛ amniōꝫ ſeptē ānis
glādib⁹ ꝛ nucib⁹ ꝛ herbis crudis: pomiſq̄
ſilueſtrib⁹. Poſtea coadunato ꝯuentu fra
trū ꝛ ſoroꝝ ſecū morantiū ſatis aſperā du
xit vitā. Carnē ꝛ oēm pinguedinē: oua: ca
ſeos: et vina vitās: ſeł in die comedebat.
Interula caprina iuxta carnē iduebat: nu-
dis pedib⁹ incedēs: cinglo nodoſo de ſetꝫ
eq̄nis facto ſacrā ſuā aluꝫ ita ſtringebat
q̄ ūmes ex carne putrefacta effluebāt: ex-
tenſis ſolo ramis arboreis lapide q̄q̄ ſup
poſito capiti: cilicio ſōnū capiebat. j. Cor.
ix. Caſtigo corp⁹ meū ꝛ in ſeruitutē redi
go Itē ardētiſſimā hūit charitatē ad de-
um: qd̄ euidentꝛ patꝫ. Tū qꝛ reuerentꝛ dño
miniſtrauit: vt ſup̄ dictū eſt. Tū qꝛ totalr
mūdū ꝓpter deū abnegauit. Poſt aſcenſ.
nāq̄ dñi cepit vehemēti⁹ in corde ei⁹ a-
mor chr̄i ebullire: mēte q̄ꝫ cū ipo dño i ce
los aſcēdere Jō vltra noluit tēporaliū ſol
licitudinē hr̄e. ſed ipa q̄ tpalib⁹ poſſeſſio-
nib⁹ ditiſſima erat ꝛ ex regali ꝓgenie orta
q̄cq̄d hr̄e potuit aploꝝ pedib⁹ obtulit vt
eſſet credētib⁹ in cōe. Cañ. vi. Fortis ē vt
mors dilectio. Tū etiā qꝛ ſe totā diuio ſ-
uitio mācipauit. Patꝫ ḡ excellētia chari-
tatis ſue ad deū ꝓpter quā dñs in ea ſpe-
cialr habitabat. Juxta illō Jo. xiiij. Qui
diligit me: diliget a pr̄e meo: ꝛ ego diligā
eū ꝛ manifeſtabo ei meipm.

## Scd̄a ꝯdicio ſue ſctitatis

eſt ꝯdicio fructuoſe integritatis. Ab infā
tia em̄ deū valde dilexit ꝛ ei ſeruire cepit
ꝯtinuo pſeuerauit in ſctis opib⁹ ꝛ orōnib⁹
inſiſtēdo. Preſertim cū eſſet apō tharaſco
num: mēte tota celo ꝯuerſabat. Phil. iij.
Noſtra ꝯuerſatio in celis eſt. Cēties i die
totiēſq̄ d̄ nocte genua ad terrā flectebat
cūctiſq̄ ūtutib⁹ pollebat. Tandēq̄ cū p̄-
paratiōe deuotiſſima ſup cinerē poſita cū
legeret paſſio ſm Lucā corā ea ꝛ diceret
Pater in man⁹ ꝛc. tredecimo luſtro tot⁹
vite ſue expleto ꝛ luſtro ſepteno dñice re-
ſurrectiōis pacto ꝛ ſemis q̄rto kał. augu
ſti feria ſexta hora q̄ redemit mundū: ho-
ſpes egregia chr̄i trāſijt ad gaudiū ange-
loꝝ: vbi ꝓpter copioſam meritoꝝ multi-
tudinē obtinet gl̄ioſam btitudinis retri-
butōꝫ. pſ. Tu reddes vnicuiq̄ ſꝫ opa ſua

## Tertia eſt ꝯdicio victori-

oſe firmitatꝫ. Semp em̄ firma pſtitit nō
obſtātib⁹ pſecutōib⁹ m̄ltis q̄s paſſa eſt cū
exardeſcēte iudeoꝝ pſecutiōe a ꝓprijs fini
bus exterminata eſt. Can. vi. Aque multe
nō potuerūt extinguere charitatē.

Tertiū eſt myſteriū gl̄oſe retribu-
tiōis. Cū em̄ dicat dñs in euāge-
lio. Quicūq̄ dederit vni ex mini-
mis his potū calicē aque frigide ꝓpter no
men meū: amē dico vobis nō pdet merce
dem ſuā. q̄ntaꝫ credendū eſt mercedē ſpe
ciali huic hoſpite ſue a dño fuiſſe ꝯceſſaꝫ
que ita cū diligēter ꝛ reuerentꝛ ſuſcepit et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in pſona ꝓpria ⁊ in mēbris ſuis qb⁹ totam ſubſtantia ſuaȝ diſtribuit. Remunerauit vtiq̄ȝ eā triplici remuneratiōe.

¶ Prima eſt remuneratio illūinatiōis

¶ Scđa eſt remuneratio ꝯſolatiōis.

¶ Tertia eſt honorificatiōis.

## Prima eſt remūeratio il-

luminatiōis. Illūinauit eīn eā in diuinoꝝ cognitiōe: vt p̄tȝ ex fide ſua ſup̄ declarata ⁊ ex grā p̄dicatiōis ſibi ꝯceſſa. Itē in celeſtiū ꝯtēplatiōe ⁊ reuelatiōe: vt p̄tȝ cū angelos deferētes aīam marie ſororis ſue aſpexit. Itē in mortis ſue p̄uiſione. Innotuit ei ei vni⁹ āni ſpacio exit⁹ ſui diē imiere

## Scđa eſt remuneratio cō-

ſolatōis. o q̄nta fuit ei ꝯſolatō cū dn̄s fratrē ſuū lazaꝝ ſuſcitauit: vt hꝫ Ioā. xj. q̄nta ꝯſolatiōis dulcedo qn̄ cū dn̄o tā familiarit̄ ꝯuerſabat̄: cū dn̄m angeloꝝ ſuſcipet audiret ⁊ paſceret: quē mlti reges ⁊ ꝓphe voluerūt videre et nō viderūt: ⁊ audire ⁊ nō audierūt: vt hꝫ Mat. xiij. O q̄nta ꝯſolatio hūic cū ſibi circa fineȝ vite apparuit dulciſſim⁹ hoſpes ſuus ieſus: di. Veni dilecta hoſpita mea: veni vt gaudeas cū ſāctis nō ampli⁹ vt hoſpita: ſed vt ciuis ſāctoꝝ ⁊ domeſtica dei. Io. xij. Ubi ego ſū ibi ⁊ miniſter me⁹ erit. Si hoc dr̄ de q̄libet ei⁹ miniſtro: q̄nto mag̃ et altiori q̄dā mō itelligēdū de hac e⁹ ſinglariſſia miſtra

## Tertia eſt remūeratio ho-

norificatōis. Io. xij. Siq̄s mihi mini. ho. eū p̄r me⁹ ⁊c. Honorificauit aūt eā mltipliciter. ¶ Primo in miracloꝝ opatione. Tū circa creaturas inſenſibiles: q̄ꝛ ꝓpter p̄ſentiā triū epoꝝ q̄ ad eā viſitandā ⁊ ei⁹ eccliam dedicandā ꝯuenerāt aquā mutauit in vinū. Tū circa creaturas irrōnales vt p̄tȝ in dracōe terribiliſſimo q̄ tharaſcenus dicebat̄ ⁊ erat ſup̄ rhodanū iter arelatē ⁊ auinionē quē cinglo ꝓprio alligauit. Vide hec ⁊ alia in legēda. Tū circa creaturas rōnales: egros ſanādo: ⁊ iuuenē q̄ndam ſūmerſuȝ ſuſcitādo. ¶ Scđo honorificauit eā in exeq̄aꝝ celebratiōe. Cū eīn corp⁹ eius tradendū eſſet ſepulture. ecce apō petragoras btō frontoni epo loci illius miſſam celebrāti an̄ altare obdormiēti apparuit dn̄s di. Dilecte mi frōto ſi vis implere qđ hoſpite nr̄e marthe ꝓmiſiſti: veni ⁊ ſeq̄re me. Quo dicto ſubito raptu apō tharaſconū ambo tranſuecti cū aliis pſallētib⁹ circa corp⁹ pſallere ceperūt ⁊ totū obſequiū cū aliis ꝑegerūt: ⁊ corp⁹ eius in ſepulcro ſuis manib⁹ depoſuerūt. Vide legēdas. ¶ Tertio in copioſa glificatiōe. Nō dubiū q̄n glioſe ⁊ triūphant̄ in cel̄ regnet q̄ in terris tāſedule dn̄o miniſtrauit. Si tantā curā hūit dn̄s de corꝑis hoſpite ſue ſepultura: vt dictū eſt: multo maiorē habuit de anima glorificāda. j. Reg. ij. dicit dn̄s: Quicunq̄ȝ honorificauerit me: glorificabo eū. Quā etiā gloriā ipe dominus palā declarauit cū codicē manu teneret apertū in q̄ nihil aliđ ſcriptū erat niſi verſicl̄s iſte: In memoria eterna erit iuſta hoſpita mea: Ab auditiōe mala nō timebit in die nouiſſimo. Sapie. iij. Bonorū laboꝝ glioſus eſt fructus. Patȝ itaq̄ȝ q̄ȝ glorioſe retribuit dn̄s ſanctiſſime hoſpite ſue miniſteriū ſuū. Sicut eīn ipa dominū ſuſcepat in domū ſuā: ſic ⁊ dn̄s eam in celeſti domo ſua ꝑenniter regnaturam accepit. Rogem⁹ ergo hāc ſanctiſſimā hoſpitam chri vt eius meritis ⁊ p̄cib⁹ apud dulciſſimū hoſpitē ſuū ieſum gratiā inuenire: et tandē in celeſti ſuo hoſpitio recipi mereamur Amen

¶ De ſancto Germano antiſiodorenſi epiſcopo Sermo.

# Serue bone

et fidelis intra in gaudium dn̄i tui Matt. xxv. In illis tribus vocabulis: ſerue: bone: et fidelis: tria tāgunt̄ neceſſario requiſita ad hoc vt aliquis dign⁹ inueniat̄ intrare in gaudiū dn̄i. ¶ Primū eſt q̄ ſit ſeru⁹ dei ꝑ humiliatiuā ſubiectionē. Ps. Nōne deo ſubiecta erit aīa mea ¶ Scđm eſt q̄ ſit bon⁹ ꝑ charitatiuā affectōȝ: ita q̄ nō ex ſolo timore ſed ex amore deo ſeruiat. ij. Coꝛ. ix. Nō ex triſticia aut ex neceſſitate: hilarē eī datorē diligit de⁹. j. Io. iiij. Perfecta charitas foras mittit tiorē. Exēm de q̄dā eremita cui cū diceret̄ q̄ dānād⁹ eēt: dixit ſe n̄ curare dūmō ſibi ds̄ ꝯcederet vt ſibi ſēꝑ de-

uote fuiret. Tertiū eſt ꝙ ſit fidelis per
ordinatiuā intētionē: ordinādo ſcꝫ ad glo
riā dei: alias vſurpando qđ dī eſt eēt ſer
uus infidelis: q꜀ ſic dr̄. j. Tim. j. Soli dō
honor ⁊ glīa. Si ḡ glīam ꝓpriam q̄ris in
ope tuo: ſeruꝰ es infidelis. Jdō dī. aplꝰs. j.
Cor. x. Oīa in gloriā dei facite. Quoniā
aūt talis fuit glioſus chr̄i ꝯfeſſor germa
nus: iō meruit in fine audire a dn̄o verba
ꝓpoſita vicꝫ. Serue bone ⁊ fi. intra i gau.
dō. t. Q̄ꝫ aūt fuerit ſeruꝰ chr̄i bonꝰ ⁊ fide
lis apparere poterit ꝑ tres ꝯſideratiōes.

Prima eſt conſideratio gratioſe inchoationis.

Scđa eſt ꝟtuoſe ꝑfectiōis.

Tertia eſt glioſe magnificatiōis.

PRima ē ꝯſideratio gratioſe incho
ationis. Augꝰ in li. de natura ⁊ gr̄a
Gr̄a dei ꝓuenit vt ſanemur. Et ps̄
Miſcđia eius ꝓueni. me. Btūs aūt ger
manꝰ fuit a dei miſcđia ⁊ gr̄a in ꝓncipio
ſue ſctē ꝯuerſatiōis ꝓuentꝰ. Ps̄. Dn̄e ꝓue
niſti eū i bn̄ď. dulceď. Apparet aūt ſue cō
uerſatiōis inchoatio gr̄oſa fuiſſe atꝫ mi
rabilis ex triplici ꝯſideratiōe.

Primo ex ꝯſideratiōe ꝓoris ꝯditiōis.

Scđo ex cōſideratione ſuperioris re
uelationis.

Tertio ex conſideratione velocioris
mutationis.

## Primo ex conſideratiōe

ꝓoris cōditiōis. Primo eīm btūs germa
nus liberalibꝰ ſtudijs plurimū eruditꝰ et
iuriſperitiam adeptꝰ ex nobiliſſimis pa
rētibꝰ ciuitate antiſiodoreū. natꝰ regimē
ducatus totiꝰ burgūdie obtinuit: territo
riū tn̄ antiſiodorēn̄ ciuitatꝫ ceteris diligē
tius gubernabat: mūdaneꝫ vanitatꝫ cul
tor ad ramos arborꝫ in media ciuitate ꝓ
venatiōis āmiratiōe capita ferarꝫ ſuſpēde
bat. Cūꝫ ab epō viro ſctō argueret̄ nec
ſic deſiſtebat quīnpotiꝰ cuꝫ epē arborē il
lā abſcidiſſet: germanꝰ chr̄ianitatꝫ oblitꝰ
mortē ſibi intētauit. O germane ꝙ dete
ſtabil̄ ē ꝯditio tua. L̄ris q̄dē eruditꝰ es ſꝫ
tn̄ cecꝰ ꝑmanes: carnali q̄dē nobilitate ꝑ
ditꝰ: ſꝫ moribꝫ vilis atꝫ turpiſſimus. Et
vn̄ h̄: ꝙ ꝑfecto mundanꝰ honor excecat.
Ps̄. Hō cū in honore eēt nō intellexit q̄
lis. ſ. fuit: q̄lis ē: ⁊ q̄lis erit: cōparatꝰ eſt iu
mētis ⁊c̄. terrena vicꝫ ſapiēs nō diuina. Et
h̄ itaꝫ ꝙ ſic vanitati deditꝰ erat: apparet
q̄m gr̄a ſpecial̄ ſibi a deo facta ē cū adſe
traxit. Ex h̄ ḡ apparet ſue ſctē ꝯuerſatio
nis inchoatio mirabilior atꝫ magꝭ gr̄o
ſa. Augꝰ. Nolētē ꝓuenit gratia vt velit:
volentē ſubſeq̄tur vt poſſit.

## Secūdo ex cōſideratōe ſu

perioris reuelatiōis. Nā ꝑdeceſſor ſuꝰ ſan
ctus amator ꝑ diuinā reuelationē cogno
uit germanū ſibi in epatu ſucceſſurū. Vn̄
ꝑꝫ germanū ſpeciali dī ꝓuidētia ad epa
lem dignitatē fuiſſe ordinatū. Sap. xiiij.
Tu aūt pr̄ oīa gubernas ꝓuidētia. Et h̄
ꝙ ꝑiculoſuꝫ atꝫ temerariū ſit de alijs iu
dicare q꜀ forte videt̄ aliq̄ ꝑaui q̄ tn̄ ꝑ ꝓui
dētiā dei ad gr̄am ⁊ glīam ſunt ordinati.
Vn̄ dt̄ Gre. Sepe ꝯtigit vt q̄ videt̄ ſta
re hūano iudicio: iā in cōſpectu diuini iudi
cij iaceāt. Et q̄ hic corā hoībꝫ iacēt iā incō
ſpectū diuini iudicij ſtēt. Et exēplificat dīu
da aplō: ⁊ de latrone. Ex his itaꝫ inſtrui
mur ne q̄s audeat alios iudicare nec dē ſe
ipo nimis ꝑſumere ſꝫ ſꝑ in timore ⁊ hūili
tate dn̄o deſuire. j. Cor. x. Qui ſe exiſti
mat ſtare videat ne cadat. Forṫaſſis vn̄q̄
mltos deſpicis q̄ te ꝑcedent in reḡ celoꝝ.

## Tertio ex cōſideratōe ve

locioꝝ mutatiōis. Naꝫ poſtꝙ ex cōi oīm
electiōe epatū licꝫ iuitꝰ ſuſcepit repēte in
virū alteꝝ mutatꝰ ē. Nā q̄ vanꝰ ⁊ ſupbus
fuerat factꝰ eſt hūillimꝰ. Et q̄ mūdi ama
tor fuerat ſtatim paupibꝫ tēpalē ſubſtāciā
diſtribuit ⁊ factꝰ verꝰ mūdi ꝯtēptor. Et
q̄ ꝓus delicijs affluere volebat repēte fa
ctꝰ eſt exēplar ⁊ ſpeculū auſteritatꝫ ⁊ ab
ſtinētie. Ps̄. Dixi nunc cepi. hec mutatio
dextere excelſi. Videte ꝙ gr̄oſa fuit ſctē
ꝯuerſatiōis ſue inchoatio: gr̄oſaꝫ dico q̄
ſpēali q̄dā gr̄a ſubito ꝓuētꝰ eſt. Ambro.
Neſcit tarda molimina ſpūſſcti gr̄a. Jo.
iij. Spūs vbi vult ſpirat Poſſumus ꝓ
fecto de eo dicere illď Ro. v. Vbi ſupabū
dauit delictū ibi ſupabūdauit ⁊ gr̄a. Sic
itaꝫ ꝑ ſpēalē gr̄am cepit eē fuꝰ dn̄i bonꝰ
⁊ fidelis. Exēplo igit̄ ipiꝰ deſiſtamꝰ a pec
catis ⁊ ꝯuertamur ad dn̄m: ꝯuertamur
inꝙ cito ſine dilatiōe. Eccl̄i. v. Ne tardes
cōuerti ad dn̄m ⁊ ne differas. ⁊c̄. Cōuer
tamur inꝙ veracit̄ ex corde ſine ſimulatio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne Johel. ij. Cōuertimini ad me in toto corde veſtro. Cōuertamur etiā firmiter ꝛ pſeueranter ſine recidiuatiōe queadmodū fecit btūs german⁹: q2 ſic dicit Ber. Irriſor eſt ꝛ nō penitēs q̄ adhuc agit qđ peniteat: ſi vis verus penitēs eſſe ceſſa a pctō: ꝛ noli ampli⁹ peccare: q2 inanis ē penitētia: quam ſequens coinquinat culpa. Hec ille.

Secūda eſt cōſideratio ꝟtuoſe pfectiōis. Fuit em̄ btūs german⁹ vir virtutib⁹ pleniſſim⁹. Eccl. l. Quaſi luna plena in dieb⁹ ſuis lucet: ꝛ q̄ſi ſol refulgēs ſic ille effulſit in tēplo dei. Et ibidē Quaſi vas auri ſolidū ornatū oī lapide p̄cioſo. Inter ceteras aūt ꝟtutes tres p̄cipue relucebant in eo q̄ maxime ad ſpūalē pfectionē diſponūt: ꝛ in btō germano fuerunt excellentes.

¶ Prima eſt corporalis maceratiōis auſteritas.

¶ Secunda eſt ſpiritualis humiliationis profunditas.

¶ Tertia eſt fraternalis miſerationis benignitas.

## Prima eſt corpalis maceratiōis aſperitas.

Btūs vtiq3 germanus ſtatim vt fact⁹ eſt eps oēs corpales delicias prorſus abdicauit. vñ vxorē in ſororē cōmutauit ꝛ crucē dñi iugiter in corpe ſuo portare cepit: attēdēs ꝙ vita ſacerdot3 d3 eē ſpūalis ꝛ angelica. Gal. v. Qui chr̄i ſūt carnē ſuā crucifixerūt cū vicijs ꝛ ꝯcupiſcētijs. Si ſpū viuim⁹ ſpū ꝛ ambulem⁹. S3 heu heu pauci h̄ ꝯſiderāt: multi q̄ppe qui ſpūales eē debēt: carnalib⁹ ſ5 dediti. Ber. Fornicatio in mult3 clericis regnat q̄ puritat3 auctori ipuro corde ꝛ corpe miniſtrātes nō verēt̄ ſtare āgelū dñi q̄ ſecet medios ꝛ diſpdat: ſed oino audēt agni imaculati ſacras ꝯtingere carnes: ꝛ intingere in ſanguine ſaluatoris man⁹ nefarias q̄bus paulo aū carnes ꝓ hdolor meretricias attrectarūt: ſic altaria circūire: ſic frequētare pſalmos: cū ꝛ hmōi laus ſit execrabil: ꝛ oino ſit in pctm̄: manifeſta loq̄mur ꝛ que vix aliq̄ erubeſcūt. Idē. Eſſet ſiq̄dē ſine dubio meli⁹ nubere q3 vri ꝛ ſaluari in humili gdu fidelis ppli: q3 in cleri ſublimitate ꝛ deteri⁹ viuere ꝛ diſtrictius iudicari. Multi em̄ libertatē in q̄ vocati ſūt in occaſionē carnis dediſſe videt̄ abſtinētes remedio nuptiali ꝛ ī oīme deinceps flagitiū effluētes. Ide3. Currit̄ paſſim ad ſacros ordines ꝛ reuerēda q̄q3 ſpiritib⁹ angelic3 miniſteria hoīes apphendūt ſine reuerētia: ſine ꝯſideratiōe. Hec Bern̄. Non ſic btūs german⁹: nō ſic officiu3 ſacerdotale ſuſcepit: ſ3 repēte fact⁹ eſt vir oino ſpūal: ne q̄uiſ mō irreuerētiā faceret diuinis myſterijs. S3 q̄s ei⁹ auſteritatem enarrare poſſet: Ex ea nāq3 die q̄ in pōtificē aſſumpt⁹ eſt vſq3 ad terminū vite ſue q̄ ānis. xxx ꝛ dieb⁹. xxv. a die illa durauit. tātis abſtinētijs corp⁹ ſuū aſtrinxit vt nūq3 panē frumēti: nō vinū: nō acetū: nō oleū: nō legumen: nec q̄d ſalis ad vſu3 ꝯdiēdi ſapor3 acceperit. Solis q̄ppe dieb⁹ reſurrectōis ꝛ natitat3 dñice vinū ſumebat: ſ3 ipm̄ vini ſaporē aq̄ nimia extinguebat. In ſua refectiōe pmū cinerē: dehinc panē hordeaceū ſumebat: ſp̄q3 ieiunās nūq3 niſi in veſpe comedebat. Nec in eſtate: nec ī hyeme veſtē aliā habuit p̄ter ciliciū tunicā ꝛ cucullā Tunica3 aūt niſi forte alicui donaret tādiu ferebat donec attritiōe nimia ſolueretur: Lect⁹ ſu⁹ cinere cilicio ꝛ ſacculo ornabat̄. Caput ab hūeris nulla ceruical̄ ſubleuabat adiectio. Nūq3 veſtimentū raro calciamēta ꝛ raro cingulum detrahebat. Iugis in eo gemit⁹: orō pſeuerās: longū em̄ ſomnū inter tot tormēta capere nō poterat. Ceterū q̄d aliud dicere poſſum⁹ niſi glōſum germanū inter tot cruces lōgū traxiſſe martyriū. ſup̄ hoīe3 quidē fuit qđ geſſit. Cōſidera nāq3 ꝓorē vitā delicioſa3 ꝯſidera hāc tā rigoroſam: cōſidera inſup ei⁹ pſeuerātiam diuturnā ꝛ videre poteris in eo corporalis auſteritat3 ſingularē excellētiā. q̄ ꝑfecto ſp̄ indies eū diſponebat ad ampliorē grām. Nā vt di. Hugo de ſctō victore. Parca vita occidit vicia: libidinē extinguit: virtutē nutrit: animu3 roborat: mentē ad celeſtia eleuat. Hec ille. Studeam⁹ igitur eius exemplo pnia3 agētes carnē macerare: qm̄ ſicut dr̄ Ro. viij. Si ſm carnē vixerit3 moriemini. Si aūt ſpū fctā carnis mortificaueritis viuet3

## Secunda virtus eſt ſpiritualis humiliatiōis pfunditas.

Hec q̄p



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pe ē ſpūalis edificij fūdamētū. Aug⁹. lib.
de ꝟbis dñi. Cogitas magnā fabricā cō-
ſtruere: celſitudinis pri⁹ de fūdamēto co-
gita hūilitatꝭ. Hec ille. Btūs vtiqꝫ ger-
manus ꝓfundiſſime hūilitatis erat. Pau
perib⁹ em̄ ſepe manu ꝓpria pedes ablue-
bat: veſtimētis vilib⁹ vtebaꝝ: ⁊ nō niſi va-
ſis terreis aut ligneis. Vñ cū ſemel rauē
nā ꝑueniſſet ⁊ regina venerabilis placida
vas argēti ampliſſimū cibis delicatiorib⁹
plenū hora cene trāſmiſiſſet: mun⁹ q̄dem
ſic ſuſcepit vt miniſtris ſuis cibos trade-
ret ⁊ vas argenteū paupib⁹ diſpēſanduꝫ
retineret. Miſitqꝫ regine ſcutellā ligneaꝫ
hordeaceo pane plenā ⁊ bācilla libēt ſuſce
pit ⁊ vas illud poſtmodū argento texit ⁊
panē multis remedijs ac ꝟtutib⁹ reſerua-
uit. Itaqꝫ btūs german⁹ ꝫmētis hūilia-
tionē q̄tidie in dei grā ꝓficiebat. Nā ipſa
hūilitas ad dei grām maxime diſponit.
Ja. iiij. Sugbis de⁹ reſiſtit: hūilib⁹ autē
dat grāꝫ. Et Aug⁹. Dū mēs hūana hūi
litati innitiꝝ: ꝑfecto ipa in amore celeſtiū
inflāmaꝝ.

**Tertia eſt fraternalis mi**
ſeratiōis benignitas. Hec vtiqꝫ de cō-
gruo diſponit ad dei miſcōiam ⁊ grāꝫ ob
tinendā. Matth. v. Bti miſcōes quoniā
ipi miſcōiam ꝯſequenꝝ. Erat vtiqꝫ btūs
german⁹ benigniſſim⁹ ⁊ miſericors mul-
tipliciꝝ. ¶ Primo corꝑales idigētias ſub-
leuando. Semel dū rauēnā petēs alpes
aſcēderet inter alios vidit quēdā claudū
⁊ ſenē cui⁹ faſcē vir ſctūs arripiēs ꝓprijs
hūeris trāſportauit vltra torrētē de mōti
bus decurrentē: ipm̄ q̄qꝫ ſenē iterato tran
ſitu ſubiecta ceruice trāſpoſuit. vim q̄ppe
ſctō viro ꝯtulit virtus charitatꝭ. j. Co ꝛ.
xiij. Charitas benigna ē. Talē q̄ppe cha
ritatē ac pietatē exhibebat vt oib⁹ domū
ſuā pberet ⁊ pauperū neceſſitatib⁹ ſolicite
ſubueniretꝫ. Quadā die dū iter faceret: pau
ꝑes occurrerēt elemoſynā poſtulātes. In-
terrogat⁹ aūt diacon⁹ tres tm̄ aureos eē
rñdit: q̄s ille oino ſtatim erogari p̄cepit.
Ad hec diacon⁹. vnō victuri hodie ſum⁹:
q̄ rñdit. Pauꝑes ſuos paſcit deus tu qd̄
hēs da paupib⁹. Diacon⁹ q̄ſi ꝓuid⁹ duos
erogat: ⁊ vnū reſeruat. Poſt paululū eq̄-
tes q̄dā poſt eū veniētes obtulerūt ei mu
nus ducētoꝝ ſolidoꝝ. Deiñ ad diaconuꝫ
ꝯuerſus ait. Accipe q̄ tradūꝝ ⁊ itelligere
fraudē feciſſe paupib⁹. Nā ſi totū ꝯtuliſ-
ſes remunerator nr̄ hodie trecentos ſoli-
dos reddidiſſet: ꝯtremuit diacon⁹ ſui re
at⁹ ſecretū vidēs inotuiſſe pōtifici. Ecce
q̄ꝫ larg⁹ erat in elemoſynis paupū. Tob.
iiij. Quō potueris eſto miſicors: ſi multū
tibi fuerit abūdāꝝ tribue: ſi aūt exiguū il-
lud libēt iptiri ſtude: pmiū em̄ bonū the-
ſaurizas tibi. ⁊c. Nota libēter emeret pau
ꝑ vinū vl̄ carnes ſi tātū ſe crederet habitu
rū ꝓ denario q̄ntū diues ꝓ cētū ſolidis: q̄
ꝑ exiguū hꝫ: libēt illō impriri dꝫ qm̄ tātū
pmiū hēbit de modico ſic diues de mag.
¶ Scōo apparuit benigniſſim⁹ ⁊ miſeri-
cors ſpūales ignorātias illuſtrādo. vñ biſ
trāſiuit in britaniā ꝓ hereſi pelagiana cō-
futāda ⁊ pplo illūnādo in ꝟitate fidei tāq̄
q̄ꝫ ver⁹ zelator ſalutꝭ aiaꝝ. Dañ. xij. Qui
ad iuſticiā erudiūt mltos erūt q̄ſi ſtelle in
ꝑpetuas eternitates. ¶ Tertio offenſas
remittēdo. vñ ſemel iminēte veſꝑa q̄dam
pauꝑ ſuꝑ ſuo comitatui acceſſit cui⁹ nudi
tati vir ſctūs ꝯdoluit q̄ doloſe iumentū q̄
ſenior vehebaꝝ arripuit: ſequēti autēꝫ die
dū ſuꝑ aliud aial iter ageret: demoremur
inq̄t q̣ ifelicꝭ illi⁹ labor ⁊ irridēd⁹ eſt et
dolēd⁹ quē mox videbitꝭ corā nobis. Cū
q̄ꝫ ſubſtitiſſent reſpiciūt poſt ſe peditē ani
mal deducētē. Ille aūt accelerās genibus
ꝓuolut⁹ crimen ſuū ꝯfiteꝝ: ⁊ ita tota no-
cte ſe irretitū fuiſſe retulit vt longi⁹ ꝓdi-
re nō poſſet nec euadēdi viā reperiſſꝫ. Ad
hec vir ſctūs mira q̄dā benignitate rñdit
Si heſterna die nudo tibi tegimē dediſ-
ſem furandi neceſſitas nō fuiſſet. Accipe
qd̄ tibi deeſt: ⁊ redde qd̄ nr̄m ē: vide beni
gnitatē ⁊ miſcōiam hui⁹ ſctiſſimi q̄ ⁊ tā
benigne veniā donat: imo ⁊ offendēti qd̄
ſibi neceſſariū erat veſtimētū elargitur.
Eph. iiij. Eſtote inuicē miſicordes beni
gni. Imitemur ꝑ btm̄ germanū in beni-
gnitate ⁊ mia: alias em̄ a deo miſcōiaꝫ ob
tinere nō poſſum⁹. Ja. ij. Judiciū ſine mi
ſicordia fiet illi q̄ nō fecerit miſcōiaꝫ. Ex
his itaqꝫ ſupdictꝭ ꝟtutib⁹ appet qm̄ btūs
german⁹ erat ſeru⁹ bon⁹ ⁊ fidelis. Has
em̄ ⁊ alias oꝑatiōes ꝟtuoſas faciebat ex
charitate q̄ facit ſeruū dei bonū ⁊ fidelē.
Ex ipa ei charitate ꝓcedūt oēs hmōi ꝟtu

tes. Vñ. j. Coꝝ. xiij. Charitas patiẽs eſt benigna ẽ. Charitas nõ emulat̃: nõ agit ꝑperã: nõ inflat̃: nõ ẽ ambicioſa: nõ q̃rit q̃ ſua ſũt. Nõ irritat̃: nõ cogitat malum: nõ gaudet ſup iniq̃tate: ꝯgaudet aũt ṽitati. Hec ibi.

Tertia ẽ ꝯſideratio glioſe magnificatõis: q̃lit̃ vicꝫ magnificata ẽ ṽtuoſa ꝑfectio glioſi germani. Ro. viij. Quos iuſtificauit illos et magnificauit. Qm̃ ãt excellẽti q̃dã mõ iuſtificauit dñs btm̃ germanũ. Jdõ ꝛ excellent̃ eũ magnificauit. Magnificauit aũt dñs ꝑfectionẽ ei⁹ ṽtuoſaꝫ ꝑcipue declarãdo eam triplici teſtimonio.

Primũ ẽ teſtimoniũ diabolice ꝯfutationis.
Scõm ẽ hũane veneratõis.
Tertiũ eſt diuine opatiõis.

**Primũ igit̃ ẽ teſtimoniũ** diabolice ꝯfutatiõis q̃ vicꝫ inſidias diabolicas ꝯfutauit demões ab obſeſſis eiiciẽdo: q̃ q̃dẽ demones cõpellebãt̃ etiã ꝓnũciare aduentũ ei⁹ ad locum illum in q̃ erant obſeſſi.

**Scõm eſt teſtimoniũ hũane** veneratiõis: dũ em̃ adhuc viueret creſcebat q̃tidie admiratio ꝛ fama ei⁹: oẽſq̧ ppl̃i ſingularẽ ad eũ hẽbãt reuerẽtiã. Et poſt mortẽ ei⁹ m̃lte venerabiles ꝑſone q̃ in trãſitu ſuo glioſo pñtes aderãt de modicis reb⁹ ſuis q̃ppiã ſecũ afferre voluerũt vt ſic monimẽtũ aliq̃d tãte ſctitatꝫ apõ ſe ꝯſeruarẽt. Jo. xij. Si q̃s mihi miniſtrauerit honorificabit eũ pr̃ me⁹. Honorificauit itaq̧ btm̃ germanũ nõ ſolũ in celis: ſꝫ ꝛ in terris apud homines.

**Tertiũ eſt teſtimoniũ di**uine opatõis in opib⁹ miraculoſis. Et h̃ m̃ltiplicit̃. Primo occulta manifeſtãdo vt pꝫ d̃ pecunia quã amiſerat q̃dã ianuari⁹ noie ꝛ d̃ futurꝫ meritꝫ puelle genouefe pariſieñ. ꝛ de appꝓpiq̃tiõe mortꝫ ſue. Eccl. xlvi. Oñdit illi finẽ vite ſue. Scdo i neceſſitate ꝯſtitutꝫ ſubueniẽdo: curãdo vicꝫ m̃ltos infirmos: ꝛ ſaxones ꝯ̃ britones venĩẽtes reppellẽdo: ꝛ vinctoꝝ in ergaſtul̃ vincl̃a reſoluẽdo. Tertõ mortuos ſuſcitando: tres enim mortuos ſuſcitauit: et duos etiaꝫ alios iam mortuos allocutus ẽ: aſinũ ſuũ etiã ſuſcitauit: ꝛ vitulũ etiam ſubulci regꝫ quẽ ꝛ regẽ ꝯſtituit ꝛ prioreꝫ regẽ exire cõpulit. Vide hec ſupdicta in legẽdis. Hec ſũt clariſſima teſtimonia ſctitatis tue o glõſe germane. Ps. Teſtimonia tua credibilia facta ſũt nimis. Ex his igit̃ apparet qm̃ fuit dñi ſuus bon⁹ vtiq̧ ꝛ fidelis. Jdõ ꝛ in fine ſibi dictũ eſt a dño. Serue bone ꝛ fidel̃ itra in gaudiũ dñi tui. Cõtẽplemur itaq̧ hui⁹ glioſi viri ſctitatẽ atq̧ ei⁹ exẽplo ſic do ſeruire ſtudeam⁹: q̃tinus int̃ ſuos dñi bonos ꝛ fideles inueniri: ꝛ i dñi gaudiũ itrare mereamur. amẽ.

## Ser. De glioſa trãſfiguratione ſaluatoris.

**Trãſfiguratus** ẽ añ eos. Matth. xvij. Dñs ieſus i ſua glioſa trãſfiguratiõe ꝓ̃ndere voluit gliam q̃ ſctoꝝ corpa induẽt̃ vt ſic efficaci⁹ attraheret affectiões hoim. Sic em̃ di. Tho. in. iij. p. q. xlv. Vbi via difficil̃ ꝛ aſpa ac finis iocũdus oportꝫ finẽ ꝓ̃cognoſcere. Via aũt ꝑueniẽdi ad gliaꝫ aſpa ẽ ꝛ difficil̃. Nam et ipe chꝛs ꝑ paſſionem duriſſimã ꝑuenit ad gl̃aꝫ ſui corpis Lu. vl. Oportuit chꝛm pati ꝛ ita intrare in gliam ſuã. Et Act. xiiij. Per m̃ltas tribulatões oportet nos intrare in regnũ celoꝝ. Jdõ ꝯuenieter dñs diſcipul̃ gliaꝫ ſue claritatis oñdit cui etiã ſuos amicos ꝛ ſuos fideles conſignabit. Phil. iij. Reformabit corp⁹ hũilitatꝫ nr̃e ꝯfigtũ corpi claritatꝫ ſue. Jtaq̧ igit̃ trãſfiguratus eſt añ eos. Circa hãc aũt trãſfiguratiõnẽ glioſiſſimã tria ſũt myſteria ꝯtẽplanda iuxta textũ euangelicũ.

Primũ ẽ myſteriũ imitãde ꝑparatõis.
Scõm eſt admirãde ꝯtẽplatiõis.
Tertiũ eſt mẽorande ꝯſecutiõis.

Primũ eſt myſterium imitande ꝑparationis que videlꝫ fuerint preparatoria ſiue anteceſſoria ad glorioſam tranſfiguratiõnẽ. Hec enim nobis oſtendũt que ſint nobis neceſſaria ad hoc q̧ tranſfigurari poſſimus finaliter ꝑ celeſtem gloriam. Hec autem ꝑparatiua diſpoſitõ tangit̃ triplex in textu euãgelico

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ser. de trāſfiguratiōe dn̄i

Prima eſt ꝑparatio ꝟtuoſe aſſociatōis
Scḋa eſt fructuoſe aſcēſiōis.
Tertia eſt affectuoſe orationis.

**Prima eſt ꝑparatio virtuoſe** aſſociatiōis. Aſſūpſit em̄ dn̄s petꝝ: iacobū ⁊ ioānē ꝑ q̄s intelligēda eſt virtuoſa ſocietas neceſſaria vt ꝑueniam⁹ ad gl'iaȝ. Per petꝝ em̄ q̄ interꝑtaṫ agnoſcēs intelligiṫ cog. q̄ dꝫ eē triplex: di: ſui: ⁊ pxi. Cognitio dei generat dilectiōeȝ ⁊ cauet deſꝑatiōnē. Pſ. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis ē dn̄s. Cognitō ſui gñat hūilitatē ⁊ cauet ꝑſumptionē. Bern. Scio neminē abſq; ſui cognitiōe ſaluari: de q̄ nimiꝝ mr̄ ſalutꝭ hūilitas oriṫ ⁊ timor dn̄i q̄ et ipē initiū eſt ſapientie ⁊ ſalutꝭ. Hec ille. Cognitio aūt pxi gñat ꝯpaſſionē ⁊ cauet crudelitatē. De pximo em̄ cognoſcere debēm⁹ q2 caro ⁊ frr̄ nr̄ eſt: vt hꝫ Gen. xxxvij. Per iacobū aūt q̄ luctator interꝑtaṫ ⁊ ſupplātator intelligiṫ luctatio ⁊ ſupplātatio triplex: carnis: mūdi et diaboli. ij. Tim. ij. Non coronabiṫ niſi q̄ legitime certauerit. In ſignuȝ hui⁹ iacob poſt luctā accepit bn̄dictionē: vt hꝫ Gene. xxxij. Per ioannē q̄ interꝑtaṫ gr̄a itelligiṫ ipa ſpūſſcti gr̄a q̄ eſt triplex: ꝑueniēs: ꝯcomitās: ⁊ ꝑficiēs. j. Cor. xv. Gr̄a dei ſū id qḋ ſum: Hec eſt gr̄a ꝑueniēs. Et gr̄a ei⁹ i me vacua nō fuit: Hec eſt ꝯcomitās. ſed gr̄a ei⁹ ſp in me manet: Hec eſt ꝯſūmans ſiue ꝑficiens.

**Scḋa eſt ꝑparatio fructu**oſe aſcēſionis: q2 aſcēdit in mōtē excelſuȝ. Per q̄ḋ intelligiṫ aſcēſus mētis nobis neceſſari⁹ terrena aſpernādo: carnē mortificando: ⁊ celeſtia ꝯtēplando. Col. iij. Que ſurſum ſunt q̄rite vbi chr̄s ē in dextera dei ſedēs. q̄ ſurſum ſunt ſapite/ nō q̄ ſup terrā. In figura hui⁹ dr̄ Exo. xxxiiij. Eſto paratus mane vt aſcēdas ſtati in montē. Et Num. xxvij. dixit dn̄s ad moyſen: Aſcēde i montē iſtū altū ⁊ ꝯtēplare. vide terrā quā datur⁹ ſum filijs iſrl'. In euāgelio āt p⁹q̄ꝫ dr̄: aſcēdit in mōtē excelſū: addit: ſeorſum Deq̄ Haymo. Bn̄ addit ſeorſū: vt oñderet ſctōs in pn̄ti q̄uis maloꝝ vicijs ⁊ ꝑuis moribꝫ ꝑmanẽ: ab illis tn̄ aīo eē ſeq̄ſtratoſ et in futuro plen⁹ ſeq̄ſtrādos cū eos abſcōdet in abſcōdito faciei ſue a ꝯturbatione hominū Hec ille.

**Tertia eſt ꝑparatio affe**ctuoſe orōnis. Orōem em̄ ꝑmiſit dn̄s ſue trāſfiguratiōi. Vñ Lu. ix. dr̄. Facta ē dū oraret facies ei⁹ altera. Per h itelligiṫ q̄ nobis ē orō nc̄aria vt ad gl'iam ꝑueniam⁹. Aug. Nullū credim⁹ ad ſalutē niſi deo iuitāte venire: nullū inuitatū niſi deo adiuuāte bona oꝑari: nullū niſi orantē di auxiliū ꝑmereri. Hec ille. Caſſ. ſup Pſ. Orō ſerēat cor: abſtrahit a t'renis: mūdat a vicijs: ſubleuat ad celeſtia: reddit capac⁹ ⁊ digni⁹ ad ſpūalia bōa accipiēda. Hec ille.

Secōm eſt myſteriū admirāde ꝯtēplatiōis. Vbi ꝯtēplāda eſt glioſa dn̄i trāſfiguratio ⁊ ꝓphaꝝ apparitio atq; pr̄is ⁊ ſpūſſcti mirabil' māifeſtatō. Et ꝯtēplare bn̄ iſta q2 magnifica ſūt valde: ꝯſpice ḡ acſi eēnt tibi pn̄tia. Sūt aūt i hoc ſcḋo myſterio ꝯtēplāde tres ſingl'ares magnificētie

Pr̄a eſt glorioſe trāſfiguratiōis.
Scḋa eſt ḡtioſe collocutiōis.
Tertia eſt amoroſe teſtificatiōis.

**Prima ē magnificētia ⁊c.** q2 vt dr̄ euāgeliū Trāſfigurat⁹ eſt an̄ eos et reſplēduit facies ei⁹ ſic ſol: veſtimēta āt ei⁹ facta ſunt alba ſicut nix. Hiero. Qual' futur⁹ eſt tp̄e iudicij talis ap'lis apparuit. Vñ vt dr̄ Tho. in. iij. ꝑ. q. xlv. Claritas illa fuit claritas glie q̄ntū ad eſſentiā: ſꝫ nō q̄ntū ad modū eſſendi: q2 nō fuit ꝑmanēs. Aug. Cādor veſtiū ꝓcedebat a faciei ſplēdore: ⁊ ſic fuit vera mutatio in facie. ſꝫ nō in veſtimentis.

**Scḋa ē magnificētia gra**tioſe collocutiōis: q2 dr̄: Et ecce apparuerūt illis moyſes ⁊ helias loq̄ntes cū eo. Vbi ꝑmo q̄rēda ē rō q̄re ibi iterfuerūt moyſes ⁊ helias cū ꝑdictꝭ tribꝫ ap'lis. Rn̄det Tho. i. iij. ꝑ. q. xlv. q̄ chr̄s trāſfigurari voluit vt gl'iam ſuā oñderet ⁊ hoīes ad eā deſiderādā ꝓuocaret. Ad gl'iaȝ āt adducūṫ hoīes ꝑ chr̄m nō ſolū q̄ p⁹ eū fuerūt: ſed etiā q̄ p̄ceſſerūt. Vñ eo ad paſſionē ꝓperāte tam turbe q̄ ꝑcedebāt q̄ꝫ q̄ ſeq̄bant clamabāt Oſanna. Mat. xxj. Ideo ꝯueniēs fuit vt ab vtroq; teſtamēto adeſſent aliq̄ui. Fuerūt autē ibi Moyſes et Helias de veteri teſtamēto ꝓpt' tres rōes. Tū ꝓpt' calūniā q̄

cluſionē. helias eni emulatoꝛ fuit ꝑ glīa
dñi: ꝛ moyſes dedit legē: iō ꝑ h̄ ꝙ cū chꝛō
apparēt excludit calūnia iudeoꝝ. chꝛm ca
lūniātiū de legis trāſgreſſiōe ꝛ ō blaſphe
mia. Tū ꝓpꝰ dñiꝗ manifeſtationē. vt ei ſe
oñdat dñm vite ꝛ moꝛtꝫ iō heliā adhuc vi
uū adduxit: ꝛ moyſen iā moꝛtuū q̄ appuit
ī coꝛpe aſſūpto ſic ſolent angeli apparere.
Tū ꝓpt dñici aduētꝰ appbationē vt oñde
ret ſe illū eē quē ꝑdixerat lex ꝛ ꝓphe inter
q̄s ꝑcipuꝰ fuit helias. Et ſicut Chryſ. di.
Aſſūpſit de nouo teſtamento tres ſuꝑ di/
ctos tāꝗ potioꝛes ꝑ q̄s illō altiſſimū my
ſteriū eēt alijs exponēdō. Nā petrꝰ fuit ex
cellēs in dilectōe ad chꝛm: ꝛ itez in ptāte
ſibi ꝯcedēda: ioānes ī puilegio amoꝛꝫ q̄ a
dño diligebat ꝓpt ſuā ꝟginitatē: iacobus
aūt in ꝑrogatiua martyrij qꝛ ꝑoꝛ paſſus ē
Hec ex Tho. Notate āt bn̄ ac deuote ꝙ
magnū gaudiū fuit ipis aplis ꝛ ꝓphetis
nō ſolū de dñi trāſfiguratiōe ſꝫ etiā vt di.
effrē. ex mutua viſiōe qꝛ vtriuſꝗ teſtamē
ti ꝑncipes ꝯgregati erāt cū deo abraā. Et
ſi q̄ras q̄d loq̄bāt moyſes ꝛ helias cū dño
Dicit Lucas qꝛ dicebāt ei exceſſū quē cō
pleturꝰ erat in hierlm. i. loq̄bāt de paſſio
ne eiꝰ primo futura in q̄ fuit exceſſus a/
moꝛꝫ doloꝝ ꝛ hūilitatꝫ. Loq̄bāt aūt ei nō
tāꝗ indicātes ei q̄ neſciret ſꝫ eū adoꝛātes
ꝛ ei grās agētes de aduētu eiꝰ ī carnē ꝛ ō
volūtate ſic patiēdi leti qꝛ viderūt redem
ptōis ſue diē appropinq̄re cōpatiētes ipi
chꝛō qꝛ tā glīoſa facies erat turpit̄ ꝯſpuē
da. Cū aūt ſic loq̄ret̄: rn̄dēs petrus dixit.
Dñe: bonū ē nos hic eē. Si vis faciamꝰ
h̄ tria tabernacula: tibi vnū: moyſi vnū: ꝛ
helie vnū. Querit Ambro. vñ coḡuit pe/
trus moyſen ꝛ heliā q̄s nūꝗ viderat. Rn̄
det. Coḡuit ꝑ dñi maieſtatē ſuꝑ eos veni
entē. Ex q̄ etiā innuit̄ ꝙ in futura glīa vnꝰ
aliū coḡſcet etiā quē nūꝗ in hac vita vide
rit. Petrꝰ ḡ coḡſcēs moyſē ꝛ heliā ꝛ vidēs
eos cū dño loq̄ntes: dixit. Bonū ē nos h̄
eē ꝛc̄. Remigiꝰ. Uiſa dñi maieſtate petrꝰ
adeo delectatꝰ ē vt cūcta tpalia obliuiōi
traderet ꝛ ibi ī ꝑpetuū manere vellꝫ. Hec
ille. H̄ aūt dicebat petrus neſciēs q̄d dice/
ret (vt di. Lu.) qꝛ vicꝫ loq̄bāt ex q̄dā ve/
hemēti delectatiōe ꝛ āmiratiōe. Si aūt
petrus ſic ibi accenſus eſt tāto feruoꝛe et
ſuauitate q̄nta ſuauitas erit videre regē
reguꝫ in decoꝛe ſuo ꝛ intereſſe choꝛis ange/
loꝝ ꝛ ſctōꝝ. Sicut aūt petrꝰ ibi voluit fa
cere tria tabernacula: ita homo hꝫ tria ta
bernacula in aīa ī q̄bꝫ neꝗ moyſes neꝗ
helias ſꝫ btā trinitas delectabilr̄ in habi/
tat. Iuxta illō Jo. xiiij. Si q̄s diligit ꝛc̄.
Seq̄t̄. ad eū veniemꝰ ꝛ mā. apō e. fa. Hec
aūt tabernacula ſūt intelligētia quā inha/
bitat filiꝰ iplendo dei luciddiſſima coḡne:
volūtas quā inhabitat ſpūſſctūs implen
do dei dulciſſima dilectōe: mēoꝛia quā in
habitat pr̄ iplēdo cogniti ꝛ dilecti ſecura
tentiōe. Hec tn̄ ſic accipiēda ſūt ꝑ appro/
ꝑiationē quādā: qꝛ vbicūꝗ habitat pr̄: ibi
etiā habitat filiꝰ ꝛ ſpūſſctūs ꝛ ēcōtra. ꝑdi
ctis aūt actibꝫ aīa q̄ſi totalr̄ in deū trāſfoꝛ
mat ꝛ trāſfig̃t ꝛ q̄dāmō deifoꝛmis efficit̄.
Et ꝑcipue ꝑ dilectiōnē de q̄ hugo de arra
anie. Scio aīa mea dilecta qꝛ amoꝛ vita
tua ē: ꝛ q̄dq̄d diligis ea vi dilectōis ī eādē
imaginē vel ſimilitudinē trāſfoꝛmarꝫ. Si
roſam diligis ſimilitudinē roſe recipis: ſi
deū: nō dico ꝙ deꝰ erꝫ ſꝫ deificaberꝭ. Hec
ille. Exēplū ſenſibile. Ferrū multū ignitū
trāſfoꝛmat̄ ī ſilr̄tudinē ignis ꝟtute: actōe:
ꝛ claritate. Ex dictꝫ aūt apparet ꝙ in hac
glīoſa trāſfiguratōe fuerūt ſex ꝑſone per
q̄s ſignāt̄ ſex bona q̄ ꝯtēplantibꝫ a deo cō
ferūt̄. Primo in ꝯtēplatiōe mēs illumina
tur qō ſig̃t in petro q̄ interpretat̄ ag̃ſcens
Scōo caro ſupplātat̄ qō ſig̃t in iacobo.
Tertio grā auget̄ qō ſig̃t in ioāne. Quar
to mūdꝰ ꝯtēnit̄ qō ſig̃t in moyſe q̄ interꝑ
tatur aſſumptus ex aquis. Quinto coꝛ a/
moꝛe inflammat̄ quod ſignat̄ in helia q̄
raptus eſt incurru igneo. Sexto celeſtis
dulcedo ꝑguſtat̄ qō ſig̃t in ieſu.

**Tertia eſt magnificentia**
amoroſe teſtificationis. cū dicit̄. Adhuc
eo loquente ecce nubes lucida obumbra/
uit eos. Et ecce vox de nube di. Hic eſt fi
lius meꝰ dilectus in q̄ in mihi bn̄ cō. ipm
au. Ubi primo notandū ꝙ ꝗuis petrꝰ ex
feruoꝛe loqueret̄ qꝛ tn̄ imprudenter: ideo
reſponſionē dñi nō meruit. Dñs enim nō
reſpōdet feruoꝛi indiſcreto. Et ideo ad/
huc eo loquente ecce nubes ꝛc̄. Ubi notā
dū ſm̄ Tho. vbi ſuꝑ ꝙ adoptio filioꝝ dei
eſt ꝑ quādam ꝯfoꝛmitatē imaginis ad dī
filium naturalē: que quidē fit dupliciter.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Primo ꝑ grām vie: ⁊ hec ē ꝯformitas iꝑfecta. Scḋo ꝑ glīam q̄ ē cōformitas ꝑfecta ſm̄ illud. j. Jo. iij. Nūc filij dei ſumus ſꝫ nōdū apparuit qd̄ erimꝰ. Scimꝰ enim q: cū apparuerit ſimiles ei erimꝰ q̄m videbim̄ eū ſicuti eſt. Et ḡ ꝑ baptiſmū grāꝫ ꝯſequimur: in trāſfiguratiōe aūt ꝑmonſtrata ē claritas future glīe. Jō tā in chr̄i baptiſmo q̄ꝫ i trāſfiguratōe ꝯueniēs fuit manifeſtari chr̄i filiationē naturalē teſtimonio patrꝫ. Jn baptiſmo aūt vbi declaraf myſteriū ꝑme regn̄atōis apparuit tota trinitas: pr̄ in voce: filiꝰ in carne: ſpūſſctūs in ſpecie colūbe. Jn trāſfiguratiōe aūt q̄ eſt ſacr̄m ſcḋe regeneratōis apparuit pr̄ in voce: filiꝰ in carne: ⁊ ſpūſſctūs in nube lucida. Et ſicut in baptiſmo dat̄ innocētia q̄ ꝑ ſimplicitatē colūbe deſig̃f: ita in reſurrectiōe dabif electis claritas glīe et refrigeriū vite ab omni malo q̄ deſignatur in nube lucida. Hec Tho.

Tertiū eſt myſteriū mēorande ꝯſecutionis: vbi ꝯtēplāda ſūt breuiter tria ꝯſitia ad glīoſam chr̄i trāſfigurationē q̄ tangunf in textu euangelico.

¶ Primū eſt hūane fragilitatꝫ oñſio.

¶ Scḋm ē diue benignitatꝫ declaratio.

¶ Tertiū ē exēplarꝫ hūilitatꝫ informatō.

## Primū ē hūane fragilitatis oñſio.

Cū dr̄. Et audiētes diſcipuli ceciderūt in facies ſuas ⁊ timuerunt valde. Fuit em̄ vox illa pr̄is velut tonitruū terribile vt ꝑ hoc oñderef magnitudo maieſtatis ⁊ magnificētia diue potētie ꝓpf quā ſūme timēdus ē. Eccī. j. Altiſſimꝰ creator oīm oīps rex ⁊ metuēdꝰ nimis. Et nota ſi ita diſcipuli timuerūt ⁊ ceciderūt nō potentes ſuſtinere vocē illā pr̄is q̄ fiebat ꝓpter myſteriū redēptōis ⁊ ſalutꝫ. Penſate q̄ꝫ terribilꝫ erit ⁊ tremēda reprobis vox illa eterne dānationis. Jte maledicti in ig. ec. Matt. xxv. Et nota, q̄ ceciderūt in facies ſuas. Sic ei cadūt iuſti q: vidēt vbi cadūt. Cadūt inq̄ꝫ ſic aliqñ ꝓpf timorem vt hic. Aliqñ ꝓpf hūilitatē vt magi. Matt. ij. Aliqñ ꝓpter grāꝫ actionē. vt ſeniores. Apoc. iiij. v. ⁊ vij. Mali aūt cadūt retrorſum ſicut dr̄ de hely, j. Reg. iiij. Cecidit heli de ſella retrorſum ⁊ fractis ceruicib᷒ expirauit. Non em̄ vidēt mali vbi cadūt. Prouerb. iiij. Via impioꝝ tenebroſa neſciūt vbi corruūt.

## Scḋm eſt diuine benignitatis declaratio.

Cū dr̄. Et acceſſit ieſus et tetigit eos dixitq̄ꝫ eis. Surgite ⁊ nolite timere. Ps. q̄ꝫ magna m̄ltitudo dulcetue dn̄e quā abſcō. ti. te. O q̄ꝫ btī illi q̄s tāgit ieſus: btī illi q̄s tāgit ſalꝰ et ꝑa. Jlli ei ſurgūt. Jlli ſine timore ſecuri fiunt. Seqtur. Leuātes autē ocl'os ſuos nemīnē viderūt niſi ſolū ieſū: ſic ⁊ nos leuare debemꝰ oculos ⁊ ad neminē aſpicere niſi ad ieſum diaq̄ꝫ ꝓpf ieſum ꝯtēnere quēadmodū faciebat paulꝰ q̄ dicebat Phil. iij. Oia arbitror vt ſtercora vt chr̄m lucrifaciā.

## Tertiū eſt exemplaris humilitatꝫ informatio.

cū dr̄. Et deſcēdētib᷒ illis de mōte ꝑcepit eis ieſus, d. Nemini dixeritis viſionē donec filiꝰ hoīs a mortuis reſurgat. Jn h̄ dās exēplum ea q̄ ad laudē noſtrā ꝑtinēt eſſe occulta q̄ꝫ diu ſumus in hac mortali vita. vñ dedit exēplū viris ꝑfectis ⁊ ſctis nō facile publicādi reuelatiōes ſibi factas: ſic̄ paulus. xiiij. ānis tacuīt raptū ſuū. Fuit aūt facta hmōi glorioſa trāſfiguratio circa ꝑncipiū veris. Jō legif hoc euāgeliū ſabbato pꝰ ꝑmā dn̄icaꝫ q̄drageſime: ſꝫ reuelata ⁊ publicata fuit poſt chr̄i aſcēſionē ⁊ ſpūſſcti miſſionē. Jō celebraf h̄ feſtū ꝑdie nonas auguſti, q̄ tūc publicata fuit hec viſio: ptꝫ igif declaratio triū myſterioꝝ iuxta textū euāgeliū q̄ myſteria tāto ſūt deuotiꝰ ꝯtēplāda: q̄nto euidētius conſtat ea ꝓ nr̄a ſalute facta fuiſſe. Jpa igif deuote recolamꝰ vt ſic ad amorē dn̄i ꝑ ampliꝰ accēdamur q̄ tā magnifica fecit ꝓ nob̄ ⁊ tādē in eiꝰ ſilitudinē ꝑ glām trāſformari mereamur. Amē.

¶ Alius ſermo ꝓ eodē feſto.

## Bonū ē nos

hic eſſe. Matth. vij. Scḋm phos idē eſt locus naturalis generatiuꝰ ⁊ ꝯſeruatiuꝰ locati: ſic ⁊ dicimus trāſſūptiue loquēdo de loco q̄ idem eſt locus ꝓductiuus ⁊ cōſeruatiuus anime noſtre: vicꝫ deus. Et ſicut corpa naturalia naturaliter ferunf ad loca ſua per ſuas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De talibꝰ fuit btūs auguſtinꝰ de q̄ dicūt
ꝟba ꝓpoſita: q̄ſi ſol refulgēs ſic ille. ꝛc. Ef
fulſit autē btūs auguſtinꝰ p̄cipue triplici
lumine.
¶Primo lumine ꝟtuoſe exēplatiōis.
¶Scd̄o lumine fructuoſe eruditiōis.
¶Tertio lūine miracl'oſe coruſcatōis.

P Rimo effulſit lumine ꝟtuoſe exem
platiōis de q̄ dr̄ Matt. v. Luceat
lux vr̄a corā hoībus vt videāt opa
vr̄a bona ꝛc. Et gre. i q̄dā homel'. Lucer
nas q̄ppe ardētes in manibꝰ tenemꝰ cū
ꝑ bona opa ꝓximis noſtris lucis exempla
monſtramꝰ. Hec ille. Monſtrauit autē
nob btūs auguſtinꝰ triplex exēplū p̄cipuū
¶Primū ē aſpnāde mūdanitatꝭ.
¶Scd̄m ē amāde fraternitatis.
¶Tertiū eſt ꝯtemplande diuinitatꝭ.

**Primū ē exemplū aſpnā/
de mūdanitatis.** Fuit em̄ verus mūdi cō
tēptor et cōtempſit ꝓſus tria que ſunt in
mundo: q̄ multis eſſe ſolent occaſio ꝑdi/
tiōis ꝛ ruine. ſ. diuitias: delicias: ꝛ hono/
res: q̄m ſcḋ dicit innocētiꝰ tertius in li. de vi
litate cōditōis hūane. Ex diuitijs praua:
ex delicijs turpia: ex honoꝛibꝫ vana proce
dūt. ¶Primo igit̄ cōtēpſit diuitias ꝑ ob
ſeruātiā paupꝑtatꝭ. Nā cum etiā eſſet eps
multas hereditates ſibi dimiſſas reſpuit
ꝛ ꝓpinq̄s mortuoꝝ dari fecit. Cōſangui/
neis aūt ſuis ſic bn̄fecit nō vt diuitias ha/
berēt ſꝫ ne nimis egerent. De paupꝑtate
aūt eiꝰ dr̄. Teſtamētū nullū fecit qꝛ vn̄ fa
ceret pauꝑ chr̄i nō habuit. Sciebat enim
q̄m ſicut dt̄ Hiero. Ignominia ſacerdo
tis ē ꝓprijs ſtudere diuitijs. ¶Scd̄o cō
tēpſit delicias ꝑ ſanctimoniā auſteritatꝭ.
In cibo em̄ ꝛ potu magnā parcitatē hr̄e
voluit vn̄ de eo dr̄. Meſa frugali ꝛ parca
vſus ē: mixto etiā ꝯuiuio corpꝰ macerās.
Et i lib. ꝯfeſ. di. Sic me docuiſti dn̄e vt
quēadmodū medicamēta ſic alimēta ſū/
ptur' accedā. ¶Tertio ꝯtēpſit honores
ꝑ excellētiā hūilitatꝭ. Sciebat em̄ hūilita
tē maxie diſpoſitiuā eē ad grām. Vn̄ ipe
dt̄. ij. cōfeſ. O q̄ ſuauis es dn̄e hūiles cor
de ſūt domꝰ tua. Apparuit q̄ppe ꝟa eius
hūilitas mltipliciter. Primo in ꝯuerſiōe
ſ. benigne ꝛ hūiliter ſuſcepit p̄dicatio/
nē bti ambroſij q̄ cū q̄dā die valide p̄dica
ret ꝯ ſectā manicheoꝝ: error ille a cor/
de auguſtini penitꝰ eſt ablatꝰ. Manichei
chr̄m phātaſticū fuiſſe affirmāt: ꝛ reſurre
ctionē negāt. Supbia vtiq̄ ꝑus eū tenue
rat in errore. vn̄ ipe dt̄. Nimis inflata fa/
cies claudebat oculos meos: qꝛ vt dicit
bern̄. Supbo ocl'o veritas non videt̄. Et
Gre. xxij. mor. Obſtaculū ꝟitatꝭ tumor ē
mētis: qꝛ dū inflat obnubilat: q̄d vt dicit
Tho. ij. ij. q. clxij. intelligēdū eſt maxime
q̄ ad cognitionē affectiuā. Mētis aūt hūi
liatio eū diſpoſuit ad veritatem capien/
dam. Prouer. xj. Ubi hūilitas ibi ſapien
tia. Vn̄ etiā ipe auguſtinꝰ benigne reci/
piebat ſolicitatiōꝫ mr̄is ſue q̄ ſic eū carne
peperat mūdo: ita poſtmodū charitatꝭ vi
ſceribꝫ cū mlto ſemie lachrymaꝝ genuit
chr̄o. Et cū apd̄ quēdā epm̄ vberrime fle
ret ille ſibi ait. Impoſſibile eſt vt tātaꝝ la
chrymaꝝ filiꝰ pereat. vn̄ etiā de eius cō/
uerſiōe certificata eſt ꝑ celeſtē reuelatio/
nem q̄ ſe vna cū filio in q̄dam linea ſtan/

tem aſpexit. O vtinã ſic eſſent oēs mr̄es
de filioꝝ ſalute ſpūali ſollicite. Sed heu
heu q2 vt dr̄ Chryſ. Corpꝰ natoꝝ ſuoꝝ
mr̄es amãt: aiam aūt ꝯtemnūt. Hec ille.
Fuit itaqꝫ exaudita ꝓ filio btã mr̄ eiꝰ mo
nica ⁊ adueniēte tpe paſcali cū eſſet ãnoꝝ
.xxx. ã btō Ambroſio baptizatꝰ eſt. Et tc̄
ſil' cū btō Amb. Te deū laudamꝰ ⁊c̄. ꝯpo
ſuit: vt teſtat' Honorius in libro ſuo q̄ dr̄:
Specl'm eccl'ie. ⁊ tūc ſpem oēm mūdani/
tatis abiecit. Cūqꝫ legeret illō Apl'i Ro.
xiij. Induimini dn̄m ieſum chr̄m. prorſus
ab eiꝰ corde oēs dubietatꝫ tenebre diffu/
gerūt. Itē apparuit eiꝰ hūilitas ex lachry
mis ꝯpūctiōis q̄s vbertim ꝑ pctīs ꝓprijs
amariſſimas cū lamētabili voce ſub arbo
re q̄dam emiſit: ⁊ in aĩo plimū torq̄bat.
Ps. Cor ꝯtritū ⁊ hūiliatū deus nō deſpi
cies. Itē apparuit eiꝰ hūilitas p imitatiōꝫ
exemplatiōis. Hūilit' em̄ ꝯſiderauit exē/
pla ſctōꝝ. Prouerb. xxiiij. Exēplo didici
diſciplinã. Cōſiderauit vtiqꝫ pmo exēplū
bti Ambroſij quē ⁊ btūs Amb. paterne
ſuſcipiebat ⁊ clemēter tractabat ⁊ an̄ ꝯuer
ſionē eius et poſt. Mater etiã eiꝰ ambro/
ſiū q̄ſi angelū dei diligebat. Exēplū etiaꝫ
ſimpliciani ad ſctē vite electiōꝫ eū aiauit.
Item etiam exemplū bti Antonij. Cum
em̄ miles q̄dã noīe pōtianꝰ de africa ve/
niſſet ⁊ vitã ⁊ miracl'a bti Antonij eremi/
te narraſſet: cepit augꝰ ingemiſcere ⁊ ex/
clamare: q̄d audimꝰ: Surgūt indocti ⁊ ce
los rapiūt: ⁊ nos cū doctrinis nr̄is ĩ infer/
nū demergimur. an q2 p̄ceſſert pudet ſeq̄:
et nō pudet nec ſaltē ſeq̄. Vn̄ ⁊ cepit ſeipꝫ
hortari et dicere: Quot pueri ⁊ puelle in/
tra ecclīam dn̄i deo ſuiūt: tu nū poterꝫ q̄ō
iſti ⁊ iſte: An nō iſti ⁊ iſte in ſeipis pn̄t ⁊ n̄
in deo ſuo: Quid in te ſtas ⁊ nō ſtas: ꝓijce
te in eū ⁊ recipiet te: ⁊ ſanabit te. Itē appa
ruit eiꝰ hūilitas in epalis officij receptōe
q̄ō vtiqꝫ ꝯpulſus ⁊ coactꝰ ſuſcepit ĩ eccl'ia
ipponēſi. vn̄ ⁊ poſtea ſtatꝰ illiꝰ picl'm ꝯſide
rās ml'tū fleuit di. In nulla re ſentio mihi
dn̄m ſic iratū ꝙ in hoc ꝙ cū nō eſſem di/
gnus poni ad remū/poſuit me ad amphi
trite ĩ apice regiminis eccl'ie Itē appuit eiꝰ
hūilitas q2 eps factꝰ oēm abitiōeꝫ ⁊ pōpã
tã in veſtimētꝫ ꝙ in vaſis a ſe dimouit: ve
ſtimēta ſua nec nitida nec abiecta plimū.
Fert' et eū dixiſſe: fateor/ de p̄cioſa veſte
erubeſco: ⁊ iō cū mihi dat' vendo eã: vt q2
veſtꝫ nō p̄t eſſe cōis/p̄ciū ſit cōe: vaſa etiaꝫ
aurea vl' argētea nō hūit: ſꝫ ligneis vl' mar
moreis vſus fuit: nō n̄citatis iopia/ſꝫ ꝓpo
ſito volūtatꝫ. Itē etiã appuit eiꝰ hūilitas
in ſenectute ex correctiōis ⁊ emēdatiōis af
fectiōe. Vn̄ ipe dicit: Ego ſenex ⁊ eps pa
ratus ſum ab oibꝫ corrigi ⁊ emēdari ⁊ illū
amicū meū exiſtimo cuiꝰ lingue bn̄ficio an̄
diē extremū iudicij aīe mee maclas tergo
Ex dictꝫ itaqꝫ apparet ꝙ verꝰ ꝯtēptor mū
danitatis fuerit b. auguſtinꝰ. Et ſic ptꝫ p̄i
mū exemplū q̄ō nobis imitandū reliq̄t

## Scōm eſt exēpluꝫ amãde

fraternitatis Heb. xiij. Charitas fratni/
tatis maneat in vobis. Apparuit aūt ꝑfe
ctio fraterne dilectōis in eo p̄cipue ex tribꝫ
¶ Primo ex euidētia copioſe diſtributōꝫ.
Copioſe em̄ diſtribuebat indigētibꝫ adeo
etiã ꝙ q̄nqꝫ vaſa dn̄ica iubebat frãgi ⁊ cō
flari ⁊ captiuis indigētibꝫ dari Cū vero pe
cunia ſibi deficiebat hoc ꝑplō denūciabat
et eos ad erogandū ꝓuocabat. Ps. Bea
tus q̄ intelligit ſup egenū ⁊ pauperē
¶ Scdō ex euidētia gratioſe ſupportatōi
nis. Nunqꝫ eniꝫ volebat cuiqꝫ detrahere
nec detrahentē audire. Vn̄ in mēnſa hos
verſus ſcriptos habebat: Quiſqs amat
dictis abſentū rodere vitã: Hãc menſam
vetitã nouerit eſſe ſibi. Ro. j. Detracto/
res deo odibiles ¶ Tertio ex euidētia af
fectuoſe ꝯpaſſionis. j. Pet. iij. Eſtote cō/
patiētes: fraternitatꝫ amatores. Cū vñ
ꝙ barbari cūcta vaſtarent nec parcerent
ſexui: ordini vel etati: auguſtinꝰ lugubreꝫ
vitã duxit: fuerūtqꝫ ſibi lachryme eiꝰ pa
nes die ac nocte. Ro. xij. Flere cū flentibꝫ.
Grego. in moral'. In tāto q̄ſqꝫ ꝑfectior eſt
in q̄nto ꝑfectius ſentit dolores alienos

## Tertiū eſt exēplū ꝯtēplã/

de ditatꝫ. Vn̄ ipe diceba t i lib. de aſpira/
tiōe hoīs ad deū. Tribue mihi dulcꝫ ipe
ieſu bōe vt laudet te cor meū ⁊ ligua mea
⁊ oia oſſa mea. Dilata mētē ⁊ attolle ĩtui
tū cordꝫ mei vt vl' rapida cogitatiōe ſpūs
meꝰ attingat te eťnã ſapiaꝫ ſup oia manētē
Diſſolue me oro a vincul' q̄bꝫ ꝯſtrictꝰ ſū ⁊
teneor vt relinq̄ns oia iſta tibi ſeſtinē: tibi
ſoli ĩhereã: tibi ſoli intēdã. Hec ille. Tria
aūt p̄cipue manifeſtant in eo ꝑfectōeꝫ de/
uotionis et contemplationis atqꝫ eleua/
tionis mentis. ¶ Primuꝫ eſt diſplicentia

alíene occupatiõis. Diſplicebat em̄ eí q̄c
q̄d agebat in ſeclo p̄ dulcedine dei ⁊ deco
re domꝰ eiꝰ quã dilexit. Vñ dicebat vbi
ſup. De lumē cordiū te videtiū ⁊ vita aia
rū te amātiū ⁊ ꝑtus cogitationū te q̄rētiū
vt ſctō amori tuo inhereāt: Veni rogo in
cor meū ⁊ ab vbertate voluptatꝫ tue ine-
bria illud vt obliuiſcat̄ iſta tp̄alia. Pudet
⁊ piget me talia pati q̄lia mūdꝰ iſte agit.
Triſte eſt mihi q̄d video: grauē q̄d de trā-
ſitorijs audio. Hec ibi. ¶ Scd̄m ē abun
dātia interne ɔpūctōis. Vñ in lib. ɔfeſſ.
ipe di. Sagittaueras tu cor meū charita
te tua ⁊ geſtabā ꝟba tua trāſfixa in viſce-
rib⁊ ⁊c. Seq̄t. Nec ſatiabar in diebꝰ illis
(ſcꝫ poſt ɔuerſionē ſuā ſtatim poſt baptiſ-
mū) dulcedine mirabili ɔſiderare altitu-
dinē ɔſilij diuini ſup ſalute generꝫ hūani:
q̄ntū fleui in hymnis ⁊ cāticis tuis ſuaue
ſonātis eccl'ie vocibus cōmotus acriter.
Voces igit̄ ille influebāt aurib⁊ meis: et
eliq̄bat̄ ꝟitas tua in cor meū: ⁊ fluebāt la
chryme ⁊ bn̄ mihi erat cum eis. Hec ibi.
¶ Tertiū ē pſeuerātia affectuoſe deuotō
nis: oratōi em̄ iugit̄ vacabat. In ipa etiā
mēſa lectōnē q̄ſi epulationē diligebat: vt
ſic iugiter circa dina meditaret̄. Decum-
bēs eñ in lecto mortꝫ ſeptē pſalmos peni
tētiales ɔ̄ parietē poſitos legebat: ⁊ vber
rime flebat. Col. iij. Orōi iſtate vigilātes
in ea. Sic itaq̧ apparet quō gl'oſus augu
ſtinꝰ in ecc'ia dei mirabilit̄ effulſit lumine
ꝟtuoſe exēplatiõis. Propt̄ q̄d bn̄ dr̄ d̄ eo.
Quaſi ſol r̄fulgēs ſic ille effulſit i tēplo di.

S Ecūdo effulſit lumie fructuoſe e-
ruditōis. Eccl. xlij. Sol illūinās ꝑ
oia reſpexit ⁊ glīa dn̄i plenū eſt opꝰ
eiꝰ. Hec ibi. Fuit q̄ppe a p̄mis ānis ſūmꝰ
ph's ⁊ rhetor luciddiſſimꝰ. Vñ in lib. ɔfeſ.
dr̄. Oēs libros artiū q̄s liberales vocant:
tūc neq̄ſſimꝰ malaꝝ cupiditatū ſeruus ꝑ
meipm̄ legi ⁊ intellexi q̄ſcūq̧ legere potui
Itē in eodē. Quicq̄d eſt de arte loq̄ndi ⁊
diſſerendi: q̄cq̄d de diuiſionibꝰ figurarū:
⁊ de mēſuris: ⁊ de numerꝫ ſine magna dif
ficultate nullo hoim docēte itellexi. Scis
tu dn̄e deꝰ meꝰ: q̄ꝛ celeritas intelligēdi ⁊
diſcēdi acumē: donū tuū eſt: ſꝫ nō inde ſa
crificabā tibi. Hec ille. j. Coꝝ. viij. Sciē-
tia iflat: charitas edificat. Vñ dū adhuc
adoleſcēs eēt ⁊ ſine charitate inflatꝰ ceci-
dit in errorē manicheoꝝ ⁊ in eo pſeuera-
uit ꝑ ānos. xx. Cōuerſus aūt ⁊ charitate
dina inflāmatꝰ multos imo ecc'iam totā
edificauit tā ſuis p̄dicatiõib⁊ q̄ꝫ libroꝝ e-
ditionib⁊. Effulſit ḡ tūc ſic ſol illūinans ꝑ
oia reſpiciens. Et erudiuit atq̧ edificauit
eccl'iaꝫ chr̄i p̄cipue q̄ntū ad tria in q̄bus
tota veritas ⁊ firmitas ſctē eccl'ie ɔſiſtit.
¶ Primo q̄ntum ad ɔfutationē heretice
prauitatꝫ. Hoc euidēter pꝫ i libris q̄s cō
tra hereticos edidit. Nā ⁊ ipe dicit̄ here-
ticoꝝ malleꝰ. ¶ Scd̄o q̄ntū ad explana-
tionē catholice ꝟitatꝫ. Hoc euidēter pꝫ
in multꝫ libris ſuis. Vñ voluſianꝰ dr̄. Le
gi di deeſt q̄cq̄d auguſtinū ɔtigerit igno
rare. ¶ Tertio q̄ntū ad iformatōꝫ euāge
lice ſctitatꝫ. Hoc euidēt̄ pꝫ in multꝫ ſuis
opuſculis q̄ edidit ad informationē moꝝ
⁊ ſacre ſcripture moralibꝰ expoſitionibus
ſuis. Ordinauit etiā regulā euāgelicā ſub
q̄ vſq̧ adhuc mlt'e religiones militāt ſm̄
quam nulli licꝫ hr̄e ꝓpriū. Floruit autem
tanta ſctitas in monaſterio ſuo q̄ꝙ de ipo
aſſūpti ſunt decē religioſi in ep̄atū. Jo. v.
Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucēs. Et vt bre
uiter dicamꝰ innūeros libros edidit: alios
q̄dē ad ɔfutationē heretice p̄uitatꝫ: alios
ad explanationē catholice veritatꝫ: alios
aūt ad iformationē euāgelice ſctitatꝫ. Vñ
dr̄ q̄dā. Mille voluminib⁊ pr̄ auguſtine
refulges. Sane ḡ de eo diximus: q̄m q̄ſi
ſol refulgēs: ſic ille effulſit in templo di.

T Ertio effulſit lūine miraculoſe co-
ruſcatiõis. Pſ. Illuxerunt coruſca
tiones tue orbi terre. Sūt aūtē tri
plicia miracula quibꝰ effulget ⁊ declarat̄
ſctitas mirabilis glorioſi auguſtini.
¶ Primo in demonioꝝ ɔfutatiõe.
¶ Scd̄o in morbidoꝝ curatiõe.
¶ Tertio in ſupnoꝝ apparitiõe.

## Primo in demonioꝝ cō

futatione. Nam virginē quandam hipo-
nenſem ac etiā adoleſcentē quendā a de-
monio eripuit. Itē demonē i charta pec
cata hominū ſcripta deferentē ſibi oſten-
dere coegit ſi forte q̄d aduerſum ſe con-
ſcripſiſſet q̄d vbi cōperit ſe aliq̄n̄ cōpleto
riū ex obliuione non dixiſſe: mox in eccle-
ſia debitū pſoluēs negligentiam ſuam de
charta deletā inuenit.

**Scd̄o in morbidorū curatione.** Vñ qdā eger ad eū egrotātē in lecto mortis venit rogās vt ſibi manū impõeret ⁊ ſanitatē ꝯferret. Cūqꝫ ſe auguſtinus excuſaret qꝛ ſibyp̄i ſanitatē ꝯferre neqret: iſtabat ille dicēs ꝑ ſomniū ſibi dictū eē ꝙ ad auguſtinū accedat vt ſanitatē recipiat. Ille igit̄ ſibi manus imponēs pro eo orauit ⁊ ꝯtinuo ſanitatē recepit. Quēdā etiā a phlegmate ſalſo curauerat: ⁊ puerū a vicio lapidis: ⁊ multos a diuerſis languoribus.

**Tertio in ſupnorū apparitiõe.** Vñ monacho cuidā in ſpū rapto apparuit auguſtin⁹ ſup nubē lucidam ſedens cui⁹ oculi qſi ſolis radij totā eccl'ã in illuminabāt: ⁊ de eo odor nimi⁹ exhalabat. Itē cū cuidā in ſpū rapto plures ſcti in glia apparuiſſent ⁊ auguſtinū minime videret: rñſum ē ei. Auguſtin⁹ reſidet in excelſis vbi diſputat de glia altiſſime trinitatis. Itē cū qdā in eccl'ia ſcti petri pnoctans vidiſſet ſctm̄ gregoriū cum multis epis pceſſionalit̄ incedentez interrogauit gregoriū ſi inter eos auguſtin⁹ erat. Ille rñdit, Auguſtinū excellentiſſimū viꝝ ꝗ̄ꝫ qris altior locus a nob̄ tenet. Ex his itaqꝫ ꝑꝫ glioſum auguſtinū triplici lumine magno in dī eccl'ia effulſiſſe. Et qꝛ ſicut qſi ſol refulgēs ſic ille effulſit in tēplo dī. Ad hūc igit̄ luminoſiſſimū ſolē mētis attollamus intuitū vt ꝑ ipm illūinari mereamur lūine ꝟitatis ⁊ gr̄e ⁊ cū eo tādē illō ſupad mirabile diuine maieſtatis lumē puro cōtēplari intuitu. Amen.

¶ De decollatõe bti Ioānis bap.

Misit herodes ac tenuit ioānē. Mar. vj. Sic̄ natiuitas ioānis fuit gaudioſa exītib⁹ in mūdo vñ ⁊ gaudioſe ab eccl'ia celebrat̄: ita receſſus ei⁹ a mūdo ⁊ deſcēſus in limbū magnā exultationē pr̄ib⁹ expectātib⁹ intulit. Sic̄ eīm in mūdo iſto pcurſor chr̄i extitit: ſic ⁊ in limbo ſctis pr̄ib⁹ qb⁹ certiſſimū nūciū attulit de aduētu redēptoris cito ad eos liberandos deſcēſuri. Et iō etiā rōnabilit̄ obituꝫ ei⁹ celebrat eccl'ia qm̄ ⁊ ipe ioānes noui teſtamēti initium fuit. Math. xj. Oēs pphete ⁊ lex vſqꝫ ad ioānē. Circa martyriū aūt ⁊ decollationē ei⁹ tria ſūt principaliter cōtemplanda.

¶ Primum eſt decollationis occaſio irrationabilis.

¶ Scōm ē occaſiōis palliatio deteſtabil'.

¶ Tertiū ē palliatōis executio execrabil'.

Primo igit̄ ē ꝯſiderāda decollationis occaſio irrōnabil'. Legit̄ i hiſto. ſcholaſt. ꝙ herodes ātipas fili⁹ magni herodis romā it̄ faciēs ⁊ ꝑ frēm ſuū philippū trāſiēs cū herodiade vxore philippi ⁊ ſm ioſephū ſorore herodis agrippe pepigit ꝙ i reditu ſuo repudiata vxore ſua duceret eā in vxorē: qd̄ tn̄ nō latuit vxorē ei⁹ q̄ filia erat arethe regis damaſcenoꝝ: ⁊ iō non expectato viri reditu ad patrē ꝗ̄ꝫ toti⁹ feſtinauit. Rediēs aūt herodes herodiadē philippo abſtulit: ⁊ ſic arethā regē ⁊ herodē agrippā ⁊ philippuꝫ in ſui inimiciā incitauit. Sic ꝫ dī. Chryſo. Herodē pmo ioānes monitꝫ nō accuſatōne pulſauit vtpote caſtitatꝫ amator quem corrigi voluit nō ꝑire. Sꝫ herodes facil⁹ libidis ardēs ꝑire maluit ꝗ̄ꝫ redd[illegible]re ⁊ vxorem fratrꝫ illicite poſſidere. Hec chry. qꝫ tn̄ vt dī. idē Chryſ. Corrigere herodē nō valuit ſecreta correptio: iō fecit ioānes vt cūctꝫ ſu⁹ inoteſceret iceſt⁹. Iō ioānes herodē publice ⁊ ꝯſtātiſſime arguebat qꝛ et pctm̄ ei⁹ publicū erat. Pctā eīm publica ſūt publice arguēda. j. Tim. v. Peccantē corā oib⁹ argue vt ceteri timorē hēant: qd̄ itelligit̄ de pctis publicꝫ. vt dī. Aug. li. de ꝟb ð. Et iſid. li. ð ſū. bo. Qui ãmonit⁹ ſecrete corrigi ð pctō negligit publice arguēd⁹ ē. Palā ei ſūt arguēdi q palā nocēt. Nā dū vn⁹ corripit̄: plurimi emēdāt̄. Hec ille. Vidēs ꝫ herodes ſe ſup pctō ſuo dure redargui a ioāne: videns etiā ꝙ ioānes ꝑ pdicationē ſuā magnū pplm ꝯgregaret vt dī. ioſeph⁹ Herodiadi placere cupiēs ⁊ ppli ſubſeqntꝫ ioānē diſpēdiū ꝑtimeſcēs occaſionē accepit incarcerandi ioānē volens ipm occidere. Iō vt dicitur ꝟba ꝑoſita Miſit hero. ac te. io. ⁊ vinxit eū in carcerē ꝑpter herodiadē vxorē philippi fratris ſui qꝛ duxerat eā. Dicebat enim ioānes herodi. Nō licꝫ tibi habere vxorē fratris tui. Circa hãc aūt occaſionez ſic irrō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nal'r acceptā tria ſunt ꝯſiderāda.
Primū ē ioānis ꝟtuoſa ꝯſtātia.
Scōm ē herodis doloſa malicia.
Tertiū ē herodiadis fallacioſa ꝟſutia

**Primū ē ioānis virtuoſa**
ꝯſtātia q̄ nullaten⁹ omiſit dicere ꝟitatem
nec timuit viriliť arguere herodē ꝓpter
herodis ꝑtātē ꝛ herodiadis īſidiationem
dās in h̄ exēplū ꝑdicatoꝛib⁹ euāgelij vt ꝑ
pť talia nō omittāt ꝯſtātiā ꝑdicādi ꝟita-
tē. Lu. xij. Ne tīmeamini ab his q̄ occidunt
corp⁹ ꝛ poſt hec nō hñt ampli⁹ q̄d faciāt
Venerat vtiq̄ ioānes in ſpū ꝛ ꝟtute he-
lie. Lu. j. Jō ſic helias arguit achab ꝛ ie-
zabel. iij. Reg. xvij. xviij. ꝛ. xxj. ſic ioānes
herodē ꝛ herodiadē. Nō ſic faciūt adula
tores. Aug. ſup. pš. Hec ē ira ꝛ indigna-
tio di maĝ vt deſit correctio ꝛ aſſit adula
tio. Pʒ itaq̄ ſctitas ioānis q̄ ſic vicia ar
guebat. Eccl. iiij. Vſq̄ ad mortem cer-
ta pro iuſticia.

**Scōm eſt herodis doloſa**
malicia q̄ ꝛ adulter erat ꝛ inceſtuoſus te-
nēs vxorē fratrꝫ ſui adhuc viuētꝫ. Chry.
Herodes tu adulteriū facis ꝛ in carcerē
vadit ioānes: ſic iudicas ſedēs in loco iu
dicis reus: in loco vindicis innocētie ꝑſe-
cutor. Jtē aggrauať ei⁹ malicia ex obſti-
natiōe: q2 audiēs ꝗuitatē pcti nullatenus
ſe correxit. O maledicta carnal' voluptas
viciū ꝑſus excecatiuū. Eſt vtiq̄ luxurie
ꝯditio ſic infatuare hoīem vt nec deū ti-
meat nec hoīes ꝟeať. Vñ ouidi⁹ in epl'is
Quid deceat nō videt vll⁹ amās. Prete
rea apud antiq̄s ipudic⁹ amor depinge-
bať cecus. Et gre. xxxj. mor. ꝑmā luxurie
filiā dicit eſſe cecitatē. Jtē aggrauať hero
dis malicia ex ingratitudine: q2 ſibi bene
facientē .ſ. corripiētē incarcerauit: quē etiā
ſciebat eſſe virū ſctūm ꝛ iuſtū. Amos. iij.
Odio habuerūt corripiētē in porta. Gal.
iiij. Jnimicus factus ſum vob verū vob
dicēs. Chryſo. Virt⁹ ꝯria ē vicioſis: ſa-
crilegis exoſa ſctitas: inimica caſtitas im
pudicis. Jdem. Malos q̄ monet offen-
dit: incurrit odiū qui arguit crimīoſos.
Hec ille. Aug⁹. Odiū peperit ꝟitas: non
potuit eq̄ animo tolerari qd vir dei ſctūs
monebat: q̄ vtiq̄ ſalutē eoꝝ querebat q̄s
ſic monebat: rñderūt illi mala ꝑ bonis.
Hec ille.

**Tertiū eſt herodiadis fal**
lacioſa ꝟſutia. Fallax em̄ fuit frangendo
fidē priori marito. O execrabile pctm̄ ad
ulterij. Apoc. xxj. Adulterꝫ ps illoꝝ erit i
ſtagno ardēti igne ꝛ ſulphure. Verſuta
aūt fuit herodias impediēdo herodē q̄n-
tū poterat ne peniteret ad ꝑdicationē io-
ānis: q2 videbat ꝙ herodes audito ioāne
multa faciebat ꝛ eū libēter audiebat: ꝟſu
ta inq̄ fuit ꝛ fallax inſidiando ioāni: time
bat vtiq̄ ne ſi herodes redderet eā mari
to ſuo forte occidereť ab eo ꝛ idō q̄rebat
media q̄b⁹ occidereť ioānes: nec tñ pote-
rat inuenire. Herodes em̄ metuebat io-
annē timore q̄dā hūano ſciēs eū virū iu-
ſtū ꝛ cuſtodiebat eū ne ab herodiade oc-
cidereť. q2 ex h̄ ipſe dampnū ꝛ periculū pa
tereť. Et ſicut dicit nico. de lyra. ſolo me-
tu tenebať herodes ab interfectiōe ioan-
nis: quia ꝓpter ſctitatē ioānis q̄ erat nota
toti pplo timebat ſi ioānē interficeret ne
totus ppls in eū inſurgeret. Vñ cū dř in
euāg. ꝙ audito eo multa faciebat intelli-
gēdū ꝙ faciebat ꝑua q̄dā nō ꝑncipalia ꝛ h̄
ſimulatorie nō ex cordis ꝟitate: ꝛ h̄ vt ꝑ ta
lē ſimulationē retineret ppl'm a rebelliōe
ꝯ ipm. Pʒ ꝙ ioānes incarcerat⁹ ē ꝑncipa
liť ꝑ mulieris fallaciā ꝛ ꝟſutiā. Prouer. v.
Ne intenderꝫ fallacie mulieris. Et Eccl.
xxv. Breuis eſt oīs malicia ſup maliciaꝫ
mulieris. Apparet itaq̄ decollatiōis ioan
nis irrationalis occaſio.

Secūdo eſt ꝯſideranda illius occa-
ſionis palliatio deteſtabilis. Hero
des ei ppli ſeditionē timebat vt di
ctū eſt. Jō voluit palliationē q̄rere ꝑ quā
videreť apud ppl'm excuſari de ioānis in-
terfectiōe: ꝗuis em̄ timeret nihilo min⁹
tñ occidere cupiebat q2 mulierꝫ amor vin
cebat ꝑ q̄ etiā deū poſtponebat. Chryſo.
Facile deuiat a iuſticia q̄ in cauſis nō deū
ſʒ hoīem timet. Timor em̄ di corrigit: ti-
mor aūt hoīm peccādi differt facultatem
ꝛ opationē: nō aūt aufert ſʒ retinet volun
tatē donec hēat oportunitatē vl' occaſionē
vñ ꝛ q̄s ſuſpēdit a crimine auidiores red
dit ad crimen. Hec Chryſ. Herodes igiť
aliq̄nto tp̄e retentus a ioānis interfectiōe
propter metum populi ex hoc auidius eū
interfici cupiebat et maxime ꝓpter hero-

diadē q̄ ſp eū ad hoc inſtigabat. Eccī. xxv
Oīs malicia neq̄tia mł'ieris. Ibidē. Cō-
morari leoni ⁊ draconi placebit magis q̄
bitare cū mł'iere nequā. Statuerūt itaq̄
herodes et herodias inter ſe ſecreto q̄ he
rodes natalis ſui diē corā p̄mis galilee ⁊
p̄ncipib⁹ celebraret: ⁊ puelle ſaltāti filie he
rodiadis q̄cq̄d petierit ſeſibi datur̄ iura
mēto firmaret. Ipſa q̄ caput ioānis petē
te illud ſibi ꝓpter iuramentū factū tribui
oporteret: ſed de iuramēto facto ſe ꝯtriſta
ri ſimularet: ſicut em̄ hr̄ in hiſtoria ſcholˀ.
Credibile eſt q̄ herodes cū herodiade d̄
nece ioānis ſub tali palliatiõe ſeu apparē-
tia faciēda p̄us ſecreto tractauit. In hac
aūt detectabili palliatiõe tres p̄cipue ap
parent deteſtande fatuitates.

Prima eſt fatuitas natalˀ celebratiõis.
Scd̄a eſt puellaris ſaltatiõis.
Tertia eſt irrōnabilis iuratiõis.

## Prima eſt fatuitas natalˀ

celebratõis: q̄ maxime apparet ex trib⁹ ꝯſi
deratõib⁹. Prima q̄ natiuitas hoīs ī mū
do eſt ad vite labilis breuitatē. Iob. xiij.
Hō nat⁹ de muliere breui viuēs tpe.
Scd̄o q̄ naſcit̄ ad miſeriar̄ mł'tiplici-
tatē. Vn̄ ſequit̄: Replet̄ mł'tis miſeriis.
Tertio q̄ ad incertā mortē dubietatē
Ibidē. Qui q̄ſi flos egredit̄ ⁊ ꝯterit̄ ⁊ fu
git velut vmbra. Flos em̄ p̄mo eſt pulcer:
deinde ſiccus ⁊ ꝯtrit⁹: ſic ⁊ hō. Eſa. xl. Oīs
caro fenū ⁊ oīs glīa ei⁹ q̄ſi flos feni: ex-
iccatū eſt fenū ⁊ cecidit flos. Stultiſſimū
eſt igit̄ diē natiuitatis celebrare: ſed potius
deb⁹ hō agere memoriā mortis. Eccī. vij.
Memorare nouiſſima tua. Dicit āt Hie
rony. Nullū aliū legim⁹ celebraſſe diē na
tiuitatis ſue niſi pharaonē et herodē: vt q̄-
rū vna erat impietas: vna eſſet celebritas.
Talˀ aūt ſolēnitas cito defecit: q̄ ipis mor
tuis nō eſt ampli⁹ celebrata

## Scd̄a eſt fatuitas puella-

ris ſaltatiõis. Chry. Vbi eſt ſaltatio ibi
diabol⁹. qd̄ etiā figurat̄ Apoc. ix. d̄ q̄ lo-
cuſte ſaltātes hēbant ſup ſe regē angelū
abyſſi. Hui⁹ aūt ipietatis p̄nceps ⁊ ꝯſcia
fuit ipa mr̄ q̄ filiā docuit nō genuflexiões
nō fletū: ſed ipudicā ſaltatiōz: Cū tn̄ Hie
rem. ix. Docete filias vr̄as lamētū: q̄ aſcē
dit mors p feneſtras nr̄as. i. p ſēſus nr̄os.
Itē pr̄. ſ. herodes cui d̄ placuiſſe Prouer.
xv. Stulticia gaudiū ſtulto. Placuit he-
rodi illō ex q̄ poti⁹ erubeſcere debuerat:
q̄ ſignū erat impudicicie. Itē p̄ncipes fu
erūt ſimlˀ diſcūbentes: q̄ d̄ Eccī. ix. Cū
ſaltatrice ne aſſidu⁹ ſis nec audias illā ne
forte p̄eas in efficacia illius. Vn̄ p hoc q̄
ſaltatrix fecit amputari caput ioānis fi-
guratū eſt q̄ntā efficaciā diabolicā habe
ant cātatrices ⁊ ſaltatrices ad ſeparandū
eos in quib⁹ eſt dī grā (q̄ p ioānē ſignant̄)
a capite ſuo chr̄o.

## Tertia eſt fatuitas irrōna

bilis iuratiõis: q̄ puelle ſaltāti ⁊ tripudiā
ti iurauit herodes q̄ q̄cq̄d petierit dabo ti
bi lʒ dimidiū regni mei. O q̄nta fatuitas
ꝯſtulta p̄miſſio ſaltanti puelle p̄mittere
q̄cq̄d peteret vſq̄ ad dimidiū regni. Ra
ban⁹. Ad hoc forte iurauit vt videret̄ fa-
cere inuit⁹ qd̄ ſpōte faciebat: nō em̄ hoc fe
ciſſet de amaſia ſua qd̄ in Ioāne ꝯpleuit.
Hec Raban⁹. Patʒ itaq̄ deteſtabilis pal
liatio inuenta ad ioannē ꝓpheā ſctiſſimū
crudeliter occidendū.

Tertio eſt ꝯſiderāda praue machi-
natiõis executio execrabilis. Vbi
ſunt tres horrēde crudelitates cō
ſiderande.

Prima eſt crudelitas indigne petitõis
Scd̄a eſt inique ꝯceſſiõis.
Tertia eſt publice ſpectatiõis

## Prima igit̄ ē crudelitas

⁊c. q̄ ſaltatrix illa ex matris ꝯſilio petij
di. Volo vt ꝓtin⁹ des mihi in diſco caput
Ioānis baptiſte. Sed cur hoc petierit:
Hiero. Optabāt em̄ habere in p̄tate ſua
linguam q̄ herodem arguebat.

## Scd̄a eſt crudelitas iīque

conceſſionis: q̄ dicit̄ in euāgelio Contri-
ſtatus eſt rex ꝓpter iuſiurandū ⁊ ꝓpter ſi
mul diſcūbentes noluit eam cōtriſtare: ſʒ
miſſo ſpiculatore p̄cepit afferri caput eius
in diſco. Beda. Lʒ contriſtaret̄ in facie le
tabatur tamē in corde. Oʒ ſi queris: an
in aliquo excuſandus ſit Herodes ratiõe
iuramēti: Dicendū breuit̄ q̄ nō, ſed magi
accuſand⁹ ⁊ aggrauād⁹. Tū q̄ q̄ ſic iura

uit h̃ totũ fuit ficticiũ. vt dictũ eſt. Nec em̃
eſt veriſimile ꝙ ꝓpter ſaltationẽ ꝓmiſiſſet
ſub iuramẽto vſqꝫ ad medietatẽ regni: nec
interfeciſſet ioãnẽ ꝓpter iuramentũ ſi eũ vi
uere voluiſſet. Tum qꝛ ſub ꝓmiſſione facta
in generali etiã ſub iuramento nunqꝫ intel
ligiꝭ aliquid illicitũ ſub obligatione cade-
re. Tum qꝛ in iuramento illicito cuiuſmo-
di erat iuramẽtũ herodis cũ iam ſciret q̇d
petitura eẽt puella: non ẽ obſeruandũ q̇ꝺ
iuraꝭ: quis em̃ ſic iurans obligeꝭ ad pec-
catũ. qꝛ ſcꝫ de re illicita iurat ꝛ eã ꝓmittit ñ
tñ obligaꝭ ad faciendũ q̇ꝺ iuramẽto ꝓmi
ſit: imo peccat faciendo. Vñ Iſid. c. Que
malis. xxij. q. iij. ait. In malis ꝓmiſſis reſci
de fidẽ, in turpi voto muta decretũ: q̇ꝺ in-
caute vouiſti ne facias/ impia ẽ ꝓmiſſio q̄
cũ ſcelere adimpleꝭ. Hec ille. Et Amb. li.
de offi. Herodes ſaltatrici p̄miũ turpiter
ꝓmiſit: crudeliter ſoluit. Turpe ꝙ regnuꝫ
ꝑ ſaltatione ꝓmittiꝭ: crudele ẽ ꝙ mors tã
ti ꝓphete ꝑ iuriſiurandi religione donatur
Hec ille. Vñ tantã crudelitatẽ admirãs
Chryſ. ait. Ioannes ſchola virtutum: ma-
giſteriũ vite: ſanctitatis forma: norma iu-
ſticie: virginitatis ſpeculũ: pudicicie titulꝰ:
caſtitatis exemplũ: pñie via: pctõꝝ venia:
fidei diſciplina: ioãnes maior hoie: par an-
gelis: legis ſũma: euangelij ſactio: aplõꝝ
vox: ſilentiũ ꝓphetaꝝ: lucerna mundi: p̄cur
ſor iudicis: chr̄i mediator: dñi teſtis: totꝰ
medіꝰ trinitatꝫ. Et hic tantꝰ daꝭ inceſtui:
tradiꝭ adultere: adijciꝭ ſaltatrici: merito ꝗ
ꝯfuſa ſunt viſcera: corda tremuerũt Hec ille

**Tertia ẽ crudelitas publi**ce ſpectationis qꝛ allatũ eſt in publicũ ca-
put ioannis in diſco vt de ipſo ſatiareꝭ im-
piiſſima herodias. O magna crudelitas ꝙ
tanti ꝓphete caput amputatũ: allatũ eſt in
publicũ: maior/ꝙ ſaltatrici datũ: ſed maxi
ma: ꝙ in p̄ſẽte adultere aſſignatũ. Augꝰ.
Crudele ſpectaculũ añ oculos ꝯſtitutũ ẽ.
Caput ſancti ioãnis in diſco feralis miſſũ
crudelitatis ꝓpter odiũ veritatis. Hec ille
O rem deteſtabilẽ ꝙ amicus intimꝰ ꝛ con
ſanguineus dñi ꝛ p̄cipuus eiꝰ ſecretariꝰ im
perante neq̇tia adultere ſic crudeliter occi
ſus eſt. Pꝫ igiꝭ ex dictis execrabilis exe-
cutio ꝑuerſe voluntatis tã impiiſſimi he-
rodis q̄ ſue neq̇ſſime adultere herodiadiꝭ

Hec itaqꝫ ioãnis decollatio facta ẽ ꝑ iuſti
cie defenſione: qꝛ herodem arguebat. Cũ
multa ioãnis deuotiõe qꝛ deo ſe recõmen
dabat. Vñ de eo caniꝭ. In medio carcerꝭ
ſtabat ioãnes ꝛ voce magna clamabat: di.
Dñe deꝰ meus tibi commendo ſpm̃ meũ.
Item facta eſt cũ multa patꝝ in limbo exi
ſtentiũ exultatione. Vñ in euangelio nico
demi legiꝭ ꝙ ad eos deſcẽdẽs dicit. Ego
ſum ioãnes q̇ chr̄m baptizaui ꝛ digito de-
monſtraui: ꝛ deſcendi nunciare vobis q̇a
vos in ꝓximo viſitabit. Eſa. xlix. Dedi te
in fedus ꝓpli vt diceres his q̇ vincti ſũt exi
te: ꝛ his q̇ in tenebris reuelamini. Apparet
igiꝭ ex dictis decollatiõis bti ioannis oc-
caſio irrationabilis: palliatio deteſtabilꝭ et
executio execrabilis. iuxta textũ euangelij
q̇ꝺ incipit ꝑ verba ꝓpoſita. vicꝫ Miſit he-
rodes ac tenuit ioannẽ. Ad hũc itaqꝫ chr̄i
p̄conem deuote recurramꝰ hũiliter rogan-
tes q̄tinꝰ ipſe nob̄ ſit p̄curſor apꝺ dñꝫ vt e
meritꝫ ꝛ p̄cibꝫ illa nobis grã largiaꝭ: q̄ tan
dẽ ad ꝯtemplationẽ ſempiternã ſũme di-
uinitatis ꝑuenire mereamur: Amen

De beato Egidio abbate.
Sermo.

**Qui ingrediũ**tur lumen videant Lu. xj. Mun
dus iſte multũ tenebroſus ẽ. Fi-
gura Gen. j. Tenebre erãt ſup facie abyſſi.
et Ecc̃s. ij. Stultus in tenebris ambulat.
Multi vtiqꝫ in h̃ mundo ceci ſunt non vi-
dentes in quantis ſint ꝑiculis dãnatiõis
ſue Ps. Neſcierunt neqꝫ intellexerũt in te-
nebris ambulant. ꝙ aũt ſic ceci ſunt h̃ ẽ qꝛ
ad veꝝ lumẽ ſe ꝯuertere nolunt qꝛ ſic diciꝭ
Io. iij. Lux venit in mundũ ꝛ dile. hoies
magꝭ tene. q̄ lucẽ. Gen. j. Fecit deus duo
luminaria magna: luminare maius vt p̄eſ
ſet diei: ꝛ luminare minꝰ ꝛc̃. ꝛ ſtellas Alle
gorice luminare maiꝰ eſt chr̄s q̇ dicit Io.
viij. Ego ſum lux mundi. Luminare mi-
nus q̇ꝺ tñ magnũ eſt in ſui ſplendoris dif
fuſione p̄ ceteris omnibꝫ planetꝭ ꝛ ſtellis
eſt virgo maria Cantꭝ. vj. Pulcra vt luna
Stelle aũt ſunt ſancti ſinguli q̇ꝝ etiã ẽ dif
ferentia in ſplendore j. Cor. xv. Stella a
ſtella differt in claritate. Sic itaqꝫ deus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pꝛͥſſimus vt tenebꝛas hu9 mūdi illumina-
ret multa luminaria miſit in mūdū. Duo
magna p̄ ceteris fulgentia. Alia aūt in cō-
paratione illoꝝ parua. Nam ꝗlibet ſanct9
eſt ꝗſi quoddā ſpēale luminare. Vñ dice-
bat paulus Phil. ij. Sitis ſine ꝗrela ꝛ ſim-
plices filij dei ſine reprehenſione in medio
nationis pue ꝛ puerſe inter ꝗs luceꝫ ſicut
luminaria in mundo. Hec ille. Ad hec ita
ꝗ luminaria mentꝫ oculos attollere debe-
mus vt illuminari poſſim9. Jō dicit nob
ſaluatoꝛ in ꝟbis ꝓpoſitis. Qui ingrediunt
(ſcꝫ in hunc mundū) lumen videāt. Nūc āt
p̄cipue debem9 videre mentꝫ oculos ꝛ de-
uote ꝯtemplari lumen illō ſingulare glo̾ſi
chꝛi ꝯfeſſoꝛis egidij de ꝗ dicere poſſum9 il-
lud Ecci. l. Quaſi luna plena in dieb9 ſuis
lucet: ꝛ ꝗſi ſol refulgens ſic ille effulſit i tē-
plo dei. Qui ꝗ igrediunt h̄ lumen videant
Eſt aūt nob p̄cipue videndū ꝛ ꝯtemplan-
dū triplex lumen bti egidij.

Primū eſt lumē gratioſe diſpoſitōis ſi-
ue lumē ſcitatꝫ diſpoſitiuū. Hoc imitabile

Scōm eſt lumen ꝟtuoſe ꝑfectionis: ſiue
lumen ſcitatꝫ ꝑfectiuū. Hoc deſiderabile

Tertiū eſt lumen glo̾ſe manifeſtatōis
ſiue lumen ſanctitatis manifeſtatiuū. Hoc
admirabile.

PRimū ē lumē gratioſe diſpoſitōis
Diſpoſitio vtiqꝫ neceſſaria vt ali-
ꝗs ꝑueniat ad ꝑfectionē virtutis ē
ꝯtempt9 mundanoꝝ. Jō di. dñs Math.
xix. Si vis ꝑfec. eē vade ꝛ ven. oia q ha. et
da pau. ꝛc. Et. j. Joan. ij. Nolite diligere
mundū neqꝫ ea q in mundo ſunt: qm̄ ſiꝗs
diligit mūdū nō ē charitas pr̄is in eo. qm̄
omne qđ eſt in mūdo aut ꝯcupiſcentia car-
nis eſt ꝛc. Ex quib9 apparet tria eſſe i mū-
do ꝗꝝ dilectio diuinā impedit charitatē.
Jō coꝝ ꝯtēptus requiritur vt diſpoſitio ne-
ceſſaria ad ſpūalem ꝑfectionē q p̄cipue in
charitate ꝯſiſtit. Et hec tria ſunt diuitie:
delitie: ꝛ honoꝛes: q vtiqꝫ tria non ſolū cō-
tempſit ſed ꝛ pꝛoꝛſus abiecit btūs egidi9.

Primo diuitias tpales
Scōo delitias coꝛpales
Tertio ſupbias ſpirituales

## Pꝛio abdicauit tpales di

uitias ꝑ voluntariā paupertatē attendēs il-
lud Mat. v. Bti paupes ſpū qm̄ ipoꝝ eſt
reg. ce. Btūs vtiqꝫ egidi9 ex p̄claris pa-
rentib9 oꝛiund9 in grecia cū poſt moꝛtē pa-
rētū largū ſatis pꝛimoniū ſibi remāſiſſet:
oia tñ ꝓpter chꝛm̄ reliqt ꝛ paupib9 diſtri-
buit nihil ſibi retinens. Hiero. Nudū chꝛi-
ſtū nud9 ſeq̄re: duꝝ grande difficile: ſꝫ ma-
gna ſunt p̄mia. Sciebat eñ btūs egidi9 di-
uitias tpales nimis impeditiuas eē volen-
tib9 ad ꝟtutis ꝑfectionē attingere. Vñ di-
cit dñs Mat. xix. Amen dico vobis q: di-
ues difficile intrabit in regnū ce. Et iterū
dico vobis. Facilius eſt camelū ꝑ foramē
acus tranſire ꝗ diuitē (ſcꝫ in diuitijs con-
fidentē ꝛ eas amantē) intrare i regnū celoꝝ.

## Scōo abdicauit coꝛpales

delitias ꝑ carnis auſteritatē. Gal. v. Qui
chꝛi ſunt carnē ſuā crucifixerūt. et Ro. viij.
Debitoꝛes ſum9 non carni vt ſm̄ carnē vi-
uam9. Si eñ ſm̄ carnē vixeritis moꝛiemi.
Vñ ptꝫ ꝗ carnales delitie ſunt impedimē-
ta ſpūalis vite. Jdcirco beat9 egidi9 oino
eas abhoꝛruit. Vñ longo tpe vitā eremiti-
cam ꝛ ſolitariā duxit manens i antro fru-
cetis ꝛ arboꝛib9 obſito haud lōge a rhoda-
ni fluuij curſu in mare. vbi ſol herbis ꝛ aq
viuebat excepto ꝗ dñs ei quandā ceruam
miſit certꝫ hoꝛis lactis alimoniā ſibi p̄be-
rē. Jn h̄ imitat9 ē heliā ꝓphetā de cui9 au-
ſteritate legit. iij. Reg. xvij. ꝛ ioānē bapti-
ſtam. de ꝗ legit Mar. j.

## Tertio abiecit ſpirituales

ſupbias: ꝛ honoꝛes ꝯtēpſit ꝑ ꝓfundā hu-
militatē: ſciēs q: ſic dr̄ Ja. iiij. De9 ſupbis re-
ſiſtit: hūilib9 aūt dat grāz. Cū ei nomē e9
ꝑ oēs grecie ptes magꝫ ac magꝫ euolaret
timēs ne vēto fauoꝝ ꝓtulūcūqꝫ tangeret
natalē patriā dereliqt. Tūqꝫ cū ſctō Ve-
redemo eremita ſec9 ripā guidonis fluuij
aliqnto tpe ꝯuerſat9 eſſet: ibiqꝫ egrotū ſibi
p̄ſētatū ſanaſſꝫ ſterilitatē ꝗꝫ terre ſuis oꝛo-
nib9 effugaſſet timēs ne fauoꝛe ꝓpli aliq̄te-
nus i vanā gliam incideret: ſecretioꝛē locū
expetijt i eremo Vbi cū inuēt9 eēt a flauio
rege q mlta donaria mltoſqꝫ ſibi honoꝛes
obtulit ꝗs tñ egidi9 ver9 hūilitatꝫ amatoꝛ
pꝛoꝛſus recuſauit. bñ ꝯſiderās qm̄ hono-
res mūdani cito vt fum9 euaneſcūt. Job.
xx. Velut ſomniū auolans nō inuenit: trāſi-
bit ſic viſio nocturna. Apparet ꝗ quō bea

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tus egidi⁹ fuit ver⁹ ɔtemptor mūdanitatꝫ
ꝛ in h̄ dedit nob exēplare lumē qḋ videre
debem⁹ ad imitandū. Itaqꝫ q̄ ingrediunt
lumen videant: videāt inquā in lumie bti
egidij q̄ꝫ ɔtēnēda ſit oīs mūdanitas Ber.
in epl'a ad ſophiā ꝟginē. Fallax mūdi glo
ria digne reſpuit: flos feni ē: vapor ad mo
dicū parēs. Ipe ei⁹ qualiſcūqꝫ ſtat⁹ nonne
pl⁹ anxietatꝫ q̄ꝫ iocunditatꝫ hꝫ: Idē in epi
ſtola ad thomā ꝑpoſitū de beuerla. O ſecu
lū nequā qḋ ſolos tuos ſic ſoles beare ami
cos vt dei facias inimicos. Hec ille

SEcundū ē lumē ꝟtuoſe ꝑfectionis
Prouer. iiij. Iuſtoꝝ ſemita q̄ſi lux
ſplendēs ꝓcedit ꝛ creſcit vſqꝫ in ꝑ-
fectū diē. Hmōi aūt ꝑfectio maxie eſt per
ꝟitatē charitatꝫ. Col. iij. Sup oīa charita
tē habere qḋ ē vinculū ꝑfectionis. Iō ſpe
cialit' de charitate bti egidij dicturi ſumus
Fulſit vtiqꝫ oim ꝟtutū ſplendoribꝫ vt ḋ eo
dicere poſſum⁹ illud Eccl. l. Quaſi vas au
ri ſolidū ornatū oi lapide ꝓcioſo. ſed chari-
tas ē oim ꝟtutū excellentiſſima ꝛ oim alia
rū forma. vt dic̄ Amb. ꝛ oē viciū excludēs
q: vt vt dicit paul⁹. j. Co. xiij. Charitas n̄
gaudet ſup iniq̄tate Fuit itaqꝫ glioſus egi
dius i charitate feruentiſſim⁹ qḋ vtiqꝫ ma
nifeſtare poſſum⁹ ex tribꝫ euidentiſſimis
Primū ē ſpūalis deuotōis (ſignis
Scōm eſt fraternal' affectionis
Tertiū eſt penal' tolerationis.

## Primū igit' eſt ſignū frat'nalis affectiōis.

Deuotio ei ē pi⁹ ꝛ hūilis
affectus in deū. Charitas autē eſt q̄ facit
mentē in deū aſcendere. Aug. xiij. ɔfeſ. q̄n-
to amor magis accendit': tāto ſpūs magꝫ
ſurſū fert'. Iō deuotio ſignū eſt charitatis
Tanta aūt deuotiōe efferbuit btūs egidi⁹
vt longo tꝑe vitā duxerit ſolitariā vt dictū
eſt vt ſic liberi⁹ in deū tenderet Thren. iij
Sedebit ſolitarius ꝛ tacebit q: leuabit ſe
ſup ſe. Appꝛuit aūt excellētia deuotōis ſue
ex ꝑfect⁹ ſpūalis affectōe. Nā cū audiebat
egidi⁹ ꝓconiū alicui⁹ ſcti viri ad eū ꝓpera-
bat vt ab eo doctrinā ſalutꝫ acciperet Vn̄ ſic
acceſſit ad ceſariū ſctiſſimū virū arelatēſē
epm: ſic ꝛ ad veredemū eremitā. Sed heu
heu nō ſic mūdani: nō ſic: q̄ ꝓ tꝑalibꝫ q̄dē
ꝛ caducis diligētiſſime exq̄rūt ɔſiliū: ſed ꝓ
aīaꝝ ſalute paꝝ ſoliciti q̄ſi pl⁹ denariū q̄ꝫ
animā ꝓpriā diligētes nō attēdētes qḋ ḋr
paulus Col. iij. Que ſurſū ſūt q̄rite non q̄
ſup terrā. Itē apparuit bti egidij deuotio
vt breuit' dicam⁹ ex ſuꝑpi⁹ totali oblatiōe.
Seipm em̄ ḋo totū obtulit in holocauſtū
ꝛ tota ei⁹ vita religioſa fuit q̄ſi ſꝑ dicēs cū
pſ. Mihi aūt adherere deo bonū ē.

## Scōm eſt ſignū fraternal' affectionis.

Dilectio q̄ppe fraterna ſignū ē
dilectiōis diuine. j. Ioā. iiij. Siqs dixe-
rit q̄m diligo deū ꝛ frēm ſuū ode. mēdax ē
ꝛc. Sequit': Et h̄ mandatū habem⁹ a ḋo
vt q̄ dili. deū di. ꝛ frēm ſuū Hec ibi. Appa
ruit aūt fraternal' affectio in btō egidio ꝓci
pue tripli'r. Pꝛio in oꝑe tꝑalis ſubuenti-
onis. j. Io. iij Qui habuerit ſubſtātiā mū
di hui⁹ ꝛ viderit frēm ſuū neceſſitatē hñtē
clauſerit viſcera ſua ab eo quō charitas dī
manet in eo: Filioli nō diligam⁹ ꝟbo neqꝫ
lingua ſꝫ oꝑe ꝛ ꝟitate. Hec ille. Btūs vti
q̄ꝫ egidi⁹ multū liberal' fuit ad ſubueniēdū
pauꝑibꝫ. Vn̄ ſemel an̄ obitū parētū dū ad
eccl'iam ꝑgeret egro cuidā elemoſynā petē
ti tunicā q̄ induebat' (vt alter martin⁹) tri-
buit. nō hñs aliḋ qḋ oportuni⁹ daret Iob
xxxj. Ab īfantia creuit mecū miſeratio. Il
lā āt tunicā mox vt eger iduit toti⁹ corꝑis
ſanitatē recepit. Poſt mortē āt parētū oīa
q̄ hñe poterat pauꝑibꝫ diſtribuit Lu. xviij.
Da pauꝑibꝫ ꝛ habebis theſauꝝ in celo.
Scḋo in oꝑe ſpūalis īſtructiōis. Cūctos
em̄ ad ſe veniētes ſalutaribꝫ monitꝫ iſtrue
bat ꝛ monachos ſibi ſubditos ipſe factus
abbas vigilātiſſime ī religiōis ſctītate edo
cebat. Erāt q̄ppe ꝟba ei⁹ feruētia ꝛ diuinū
amore ē redolētia. Io. v. Ille erat lucerna
ardens ꝛ lucēs. Tertio in oꝑe cordial' re
miſſiōis. Nā iniurias ſibi factas cordial'r
remittebat. j. Co. xiij. Charitas n̄ agit ꝑ-
peram: nō īflat'. Vn̄ cū venatores flauij re
gis ceruā illā a q̄ paſcebat' in antro iā tri-
bus diebꝫ ꝑſecuti fuiſſēt nec cape poſſēt q:
ſꝑ ad alumnū ſuū cōfugiebat nec poterāt
canes ad iactum vni⁹ lapidis ad locū ap-
propinq̄re ɔtigit vt vn⁹ incaute ſagittā di
rigeret a q̄ graue vuln⁹ ipi btō egidio orā-
ti an̄ fores ſpelūce inflictū ē in capite quā
iniuriā ſic ſibi illatā benigniſſime dimiſit ꝛ
deū vt eis remitteret deuoti⁹ exorauit: at-
tendēs: qḋ ḋr Eccl. xxviij. Qui vindicari
vult a dño inueniet vindictā.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tertiū eſt ſignuʒ penalis**
tolerationis. Multas eni̅ penas et labores
p dei amore ſuſtinuit. j. Cor. xiij. Chari-
tas patiēs eſt. oia ſuffert: oia ſuſtinet. Vn̄
noluit btūs Egidi⁹ q̄ adhiberet ei aliq̄
medicina ad curandū vuln⁹ ſupradictū in
capite ſuo: ſʒ poti⁹ dn̄m rogauit vt q̄ʒdiu
eſſet in hoc ſecl'o ꝓſtine ſanitati nullaten⁹
redderet. Sciebat vtiq̄ q̄m ſic d̄r Ber.
Pn̄s tribulatio ē via vite: via gl'ie: via ci
uitatʒ hitaculi: via regni. Apparuit itaq̄
charitatʒ excellētia in b. Egidio rōne cui⁹
recte d̄r lumē ad qd̄ iſpicere debem⁹ tan̄q̄
ad exēplar ſc̄titatʒ. Itaq̄ q̄ igrediunt lu-
mē videāt. In q̄ vtiq̄ lumine diſcere de-
bent ex toto corde deum diligere.

Tertiū eſt lumen gl'ioſe manifeſta-
tionis. Ps. Illuxerūt coruſcatōes
tue orbiterre. Operatus eſt mira-
cula tripliciter.

Primo quia ſibi morbi cedebant.
Scd̄o q̄z ſibi elementa obediebant.
Tertio q̄z ſibi futura patebant.

**Prio q̄z ſibi morbi cede-**
bāt. Mar. vl. Sup egros manus ipōnēt
et bn̄ hēbunt. Sanauit filiā theocrite di-
due a febre q̄ p medicos curari n̄ poterat.
Itē egrotū illū cui tunicā dedit. Itē q̄n-
dā pcuſſum z itoxicatū a ſerpēte. Itē cura
uit karolū regem Frācoꝝ a morbo ſpūali
pcti qd̄ nemi vnq̄ nec etiā ipi Egidio au-
ſus fuerat confiteri. Ipſi aūt miſſam cele
brāti z p rege orāti: apparuit angel⁹ ſup
altare cedulā ponēs in q̄ ſcptū erat z regʒ
pcm̄ z ei⁹ intercelliōe dimiſſū. Adiūctuʒ
q̄ʒ erat in fine ſcedule q̄ q̄ſquis ſc̄tm̄ egi-
diū p q̄libet cōmiſſo iuocaret: ſi tn̄ ab illi⁹
ꝑpetratione ceſſaret: remiſſum ſibi a dn̄o
crederet. Itē demoniacos multos curauit.
Mar. vlti. In noie meo demonia eijciēt.

**Secūdo ſibi elemēta obe-**
diebāt. Nautʒ eni̅ int̄ ꝓcellas deſpantib⁹
ſuis orōnib⁹ tepeſtatēʒ ſedauit. Itē terre
ſterilitatē effugauit, Itē in corpe mortuo
elemētares q̄litates ad diſpoſitōeʒ vite cō
uenietē reduxit: et ſic mortuū ſuſcitauit.

**Tertio futura ſibi pate-**
bāt. ꝓeutū eni̅ ſuoꝝ obitū ſpū reuelāte ꝓſci
uit. Itē q̄buſdā ſpūalib⁹ frib⁹ monaſterij
ſui euerſionē haud lōgo p⁹ tpe ab hoſtib⁹
fiedā indicauit. Itē exit⁹ ſui diē iminere ei
inotuit. qd̄ z q̄buſdā fribus idicauit: eos
etiā vt p ſe oraret hūilr depcans. Media
aūt nocte dn̄ica kal'. ſeptēbris migrauit ad
dn̄m circa annū dn̄i. dcc. Affuerunt autē
plurimi q̄ dixerūt ſe angeloꝝ choros audi-
uiſſe: ſc̄tām ei⁹ aiam i celū cū laudib⁹ defe-
rētes. Eſa. lv. In leticia egrediemi z i pa-
ce deducemi. Ad h̄ ē lumē gl'ioſe manife-
ſtatōis ſc̄titatʒ bti egidij aſpiciam⁹ deuot-
vt videam⁹ q̄ʒ digne debeat a nob hono-
rari q̄ tā gl'ioſis opib⁹ honorificat⁹ ē a dn̄o
Et lumē ſue ſc̄titatʒ ꝯtēplemur: vt eū p vi-
rib⁹ ſtudeam⁹ imitari: z cū eo tandē in cel'
mereamur coronari Amen.

De ſanctʒ martyrib⁹ Gorgo-
nio z Dorotheo Sermo

**In patientia**
vr̄a poſſidebitʒ aias vr̄as. Lu.
xxj. Nullus niſi q̄et⁹ aio hʒ ple-
nū rōnis vſū. q̄z vt d̄r Boe. i fine p. de cō
ſol'. Nubila mēs ē vinctaq̄ frenis hec vbi
regnāt. hec. ſ. aiī paſſiōes. Nemo aūt niſi
rōne vtēs hʒ dn̄iū z poſſeſſionē ſui z ſuaꝝ
opationuʒ. Vn̄ coīt' d̄r de hoie turbato z
ipatiēte q̄ ſuipſi⁹ n̄ ē dn̄s. puer. xiij. Qui
patiēs ē exaltat ſtulticiā ſuā. Nullus ḡ ſine
patia hʒ poſſeſſionē aie ſue. Id̄o bn̄ d̄r dn̄s
In patia vr̄a z c̄. Patia ḡ m̄ltū necariaē,
cuſtodit eni̅ vir ſic arca theſaurū. Greg. i
pre euāg. homel'. xv. Idcirco poſſeſſio aie
i ꝟtute patie ponit': q̄z radix oim̄ cuſtosq̄
ꝟtutū eſt patiētia. p patiaʒ eni̅ poſſidem⁹
anias nr̄as. q̄z dū nobiſipſ dn̄ari diſcim⁹
hoc ipm̄ incipim⁹ poſſidere qd̄ ſum⁹. Hec
Gre. Hēm⁹ āt exēplū ſpāle patiētie i glo-
rioſis iſtʒ martyrib⁹ gorgonio z dorotheo
Hāc aūt patiētiā habuerūt: z eoꝝ exēplo
hre debem⁹ ꝑcipue ex triplici ꝯſideratiōe.

Prima eſt ꝯſideratio dn̄ice paſſiōis
Scd̄a eſt ꝯſideratio ꝓprie ꝯditiōis
Tertia eſt cōſideratio fructuoſe repor-
tationis.

Prima ē ꝯſideratio dn̄ice paſſiōis
Vn̄ d̄r Aug⁹. li. d̄ ꝯflictu vicioꝝ.
Si paſſio ſaluatoꝝ ad memoriā re-
uocet, nihil tā duꝝ qd̄ n̄ eq̄aio toleret. Qua

em̄ ſūt q̄ toleramꝰ ſi recordemur q̇d bibe-
rit ad patibulū q̄ nos inuitat ad celū. Jlle
em̄ opprobria: irriſiones: ꝯtumelias: ala-
pas: ſputa: flagella: coronā ſpineā: crucēq̄
ſuſtinuit: ⁊ nos miſeri ad nr̄am ꝯfuſionez
vno ſmōe fatigamur: vno ṽbo deÿcimur.
Hec ille. et Bern̄ ſup Can̄. Dolores ⁊ la
bores chr̄i ⁊ ea oīa q̄ ꝓ nobis ſuſtinuit me
ditari dixi ſapiam. hec me in aduerſis eri-
gunt: in pſperis deprimunt: int̄ aduerſa tri
ſtiaq̄ huiꝰ ſeculi via regia icedēti tutū ple
ne vtrobiq̄ ducatū. Hec mea ſūma philo
ſophia ſcire ieſum chr̄m ⁊ hūc crucifixum
Hec ille. Hec erat pfecto philoſophia ſan
ctoꝝ martyꝝ q̄ ex tali ꝯſideratione afficie-
bant̄ mirabilr̄ triplici affectione inductiua
patientie.

Pria ē affectio charitatiue dilectionis.
Scda ē affectio ꝯformatiue imitatiōis
Tertia ē affectio hūiliatiue ſubiectiōis

## Prima igit̄ ē affectio ⁊c̄.

Vn̄ Ber. Sup oīa te mihi amabilē red-
dit o bone ieſu calix quē bibiſti opꝰ redem
ptiōis nr̄e. H oīno amorē nr̄m facile vendi
cat ſibi. Hec ille. Hec aūt affectio amoris
diuini eſt maxie inductiua patiētie. j. Cor.
xiij. Charitas patiēs eſt. et Can̄. vi. For-
tis ē vt mors dilectio. et Aug. Oīa ſeua ⁊
imania facilia ⁊ ꝓpe nl̄la facit amor. Siq̄-
dem amor fecit iſtos martyres ſic fortes:
ſic ꝯſtantes vt nullatenꝰ timerēt cōminati
onē impatoris nec amiſſionē cuiuſcūq̄ bo
ni aut honoꝝ tpalis imo ipi ꝓpt̄ chr̄i amo
rē oīa tpalia etiā vitā ꝓpriā contēpſerūt cū
tn̄ plus eſſent pmi cubicularÿ impatoris ⁊
eoꝝ prudētia totū regebat̄ imperiū. Ro.
viij. Quis nos ſepa. a cha. dei ⁊c̄. vide ibi.
Vn̄ ꝯuenient̄ cuilibet eoꝝ cōcipere pōt il
lud qđ de moyſe dr̄ Heb. xj. Fide moyſes
grādis effectꝰ negauit ſe eē filiū filie pha-
raonis: magꝫ eligēs affligi cū pplo dei q̄
tpalis pcti hr̄e iocunditatē maiores diui-
tias extimans theſauro egyptioꝝ impro-
periū chr̄i. Aſpiciebat em̄ in remuneratio
nē. Hec ibi. Hi em̄ btī martyres ꝓpt̄ chr̄i
ſtū abnegauerūt officia q̄ habebāt i curia
impatoris: ecce ꝯtemptꝰ honoris. Et po-
ſtꝰ elegerūt affligi cū alÿs chr̄ianis q̄ deli
tioſe viuere: ecce ꝯtemptꝰ delitiaꝝ / ⁊ ma-
ius lucrū putauerūt iniuriā pati ꝓ chr̄o q̄
hr̄e copiā auri ⁊ argenti: ecce ꝯtemptꝰ di-
uitiaꝝ. Jtem ipa feruentꝫ amoris fec̄ eos
ꝯſtantes ad palā arguenduꝫ impatorē de
ſua crudelitate erga chr̄ianos. Vide legē-
dā. Non fecerūt vtiq̄ vt adulatores q̄ꝝ lin
gue (vt ait Auguſt.) alligant aīas in pctis
imo ꝯſtantiſſime locuti ſūt ſecluſo oī timo
re. j. Jo. iiij. Perfecta charitas foras mittit
timorē. Profecto vterq̄ eoꝝ poterat dice
re cū paulo Phil. j. Mihi viuere chr̄s eſt
⁊ mori lucrū.

## Scda eſt ꝯformatiue imi-

tationis affectio. Siqdē debemꝰ multū af
fici ad chr̄i imitatione. q2 vt dr̄ Eccl. xxiij.
Magna glīa ſeq̄ dn̄m. Jđ libent̄ pati de-
bemꝰ quēadmodū ⁊ ipe paſſus ē. j. Petri.
iiij. Chr̄o in carne paſſo ⁊ vos eadē cogi-
tatione armami. et Heb. xij. Deponētes
oē pondꝰ ⁊ circūſtans nos pctm̄ ꝑ patien
tiā curramꝰ ad ꝓpoſitū nobis certamē aſpi
cientes in autorē fidei ⁊ ꝯſūmatorē ieſū q̄
ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē ꝯfuſiōe
ꝯtempta. Hec ille. Sic itaq̄ fecerūt glīo-
ſi martyres: chr̄o paſſo ſpēali qđā confor-
mitate ſiles effecti. Jſti em̄ ſunt q̇ venerūt
ex magna tribulatione ⁊ lauerūt ſtolas ſu
as in ſanguine agni. Heb. xj. Jn occiſione
gladÿ mortui ſunt ꝓ chr̄o.

## Tertia ē affectio hūiliati-

ue ſubiectiōis. Cū em̄ ꝯſideramꝰ q̄ chr̄us
tot ⁊ tanta ꝓ nobis paſſus ē: ſic ſe ꝓ nobis
hūiliauit factꝰ obediens vſq̄ ad mortē. vt
hr̄ Phil. ij. Oīno affici debemꝰ ad oīa hu
militer ꝓ ipo ſuſtinēda nos ei totalit̄ ſubÿ
ciendo ⁊ acceptando q̄ſcunq̄ tribulatio-
nes: attendētes q̄ſi cuilibꝫ nr̄m dictū eē il
lud. j. Re. xviij. Qđ pateris fec̄ tibi dn̄s:
tu aūt q̇s es vt ꝯtradicas deo? Nunquid
vos ꝯ̄ figulū: aut ſecuris mouebit̄ ꝯ̄ euꝫ q̇
ſecat in ea? Jđ. Puerb. iij. Diſciplinā dn̄i fili
mi ne abÿcias nec deficias cū ab eo corri-
peris. Quem em̄ diligit dn̄s corripit. Hec
ibi. Ex ꝯſideratione itaq̄ dn̄ice paſſionis
affecti ſunt glīoſi martyres ad hūiliter ſu-
ſtinendū in corpibꝰ ſuis q̄cūq̄ tormentoꝝ
genera: attendētes illud. j. Coꝝ. vj. Em-
pti eſtis pcio mag. glīficate ⁊ portate deū
in corpe vr̄o. Hec ibi. Sic ḡ ptꝫ pma con
ſideratio inductiua patiētie de q̄ patiētia
dicunt ṽba ꝓpoſita. Jn patientia vr̄a ⁊c̄.

Secunda eſt ꝯſideratio ꝓprie ꝯditionis. Vñ Mat. xiij. dic dñs. Videte vos metipſos. Tradent em̄ vos in ꝯciliis ⁊ in ſynagogis vapulabitis ⁊c. q̄ſi innuens ꝙ ſuꝑpius ꝯſideratio valet plurimū ad patient ſuſtinēda tormenta. Debet aūt eſſe hmōi ꝯſideratio triplex.

Prima eſt ꝯſideratio corꝑalis vilitatis.
Scđa eſt ſpūalis dignitatis
Tertia eſt total' neceſſitatis

Pria eſt ꝯſideratio corꝑalis vilitatis. Job. xxv. Hō putredo ⁊ filius hoīs vmis. Hec ibi. Quid ḡ mirū ſi martyres hoc ꝯſiderantes ꝓ tali ac tanto dño q̄lis eſt dñs ieſus corpꝰ qđ nihil aliđ eſt ꝙ̄ ſaccus ſtercoꝝ ⁊ cibꝰ vmiū martyrio exponebant Lu. xij. Ne terreamini ab his q̄ occidunt corpꝰ.

Scđa eſt ꝯſideratio ſpūalis dignitatis. ſ. q̄ ad aiam q̄ vicȝ ē ad imaginē dei facta: ⁊ ad dei viſionē ⁊ fruitionē ordiata Aug. Nobil' creatura ē aīa q̄ ad viſionē ⁊ fruitionē dei creata ē. Hec ille. Nō mirū igit' ſi gl'oſi martyres vilitatē corꝑis ⁊ aīe dignitatē attendentes corpꝰ tormētis ſubiecerūt vt aīa ſalua fieret. Sȝ heu heu multi ſunt ſic ruſticꝰ q̄dā q̄ vadens ad forum ocreas viliſſimas portabat ſuꝑ humeros ſuos magis volēs nudos ledere pedes ꝙ̄ ocreas. Bern. Sic ſtulti exiſtimatores de minimis maximā: ⁊ de maximis minimā curā gerunt

Tertia eſt ꝯſideratio totalis neceſſitatis. Bern. In campo certaminis ſumꝰ vbi q̄ plagā vel liuorē non ſuſtinuerit miles ingl'ioſus apparebit. In hutiꝙ̄ mundo tot emergunt aduerſa: tot imminent tribulationes: infirmitates: deſolationes: ⁊ moleſtie: ꝙ hō velit nolit hȝ ſuſtinere: ſic nauis in medio maris vndiꝙ̄ ꝓcelloſis fluctibꝰ agitat' ⁊ ꝯcutit': nec eſt i poteſtate gubernatoris ſedare ſeuitiā tēpeſtatis. Sumꝰ q̄dem int' ſūmā pacē ⁊ ſūmā afflictionē ꝯſtituti, ſ. int' celū ⁊ infernū: ſȝ viciniores localit' ſumꝰ iferno. oportet ḡ nos pati velimꝰ nolimꝰ. Si patient' q̄dē: multū meremur ⁊ leuiꝰ ſuſtinemꝰ: ſi impatient' nihilo minꝰ oportet pati ⁊ meritū ꝑdimꝰ atꝙ̄ laborē aggrauamꝰ ꝙ̄ dolorē ⁊ deū offendimꝰ. Vide ḡ q̄m patiētia d' neceſſitate facit vtutē. Vñ Judith. viij. Qui tētationes nō ſuſcepert cū timore dñi ⁊ impatiētiā ſuā ⁊ improperiū murmuratōis ſue ꝯ dñm ꝓtulerunt exterminati ſūt ab exterminatore ⁊ a ſpentibꝰ perierunt. Hec ibi. Debemꝰ inſuꝑ ꝯſiderare q̄m oīa aduerſa ex diuina diſpoſitiōe ⁊ bñplacito dei ꝓueniunt cui nullatenꝰ fas ē reſilire. Heſter. xiij. Non ē q̄ tue reſiſtere poſſit voluntati. Ideo oportet velimus nolimus pati. Hebreoꝝ. x. Patientia vobis neceſſaria vt vo luntatē dei faciētes reportetis ꝓmiſſionem. Hec itaꝙ̄ ꝯſiderātes gl'ioſi martyres attendētes etiā corꝑalis mortis neceſſitatem ineuitabilē. ij. Regū. xiiij. Oēs morimur. Jđ oīa tormenta patiētiſſime ſuſtinuerūt ⁊ mortē corꝑalē nullatenꝰ timuerūt: ſȝ ad eā libent' ſe obtulerūt vt ſic ex bona volūtate facerēt ſibi meritoriū qđ ex natura erat aliq̄n ſuſtinere neceſſariū. Jđ cantat eccl'ia de ipis. Terrore victo ſeculi penisꝙ̄ ſpretis corꝑis mortis ſacre cōpendio vita btām poſſident. Ex ꝑdicta igit' triplici ꝯſideratione inducti ſūt martyres ⁊ nos coꝝ exēplo parit' ꝓuocari debemꝰ ad patiētiā in aduerſis vt ſic aīas nr̄as poſſidere valeamꝰ iuxta vbū dñi di. In patientia vr̄a ⁊c.

Tertia ē ꝯſideratio fructuoſe reportatiōis. Heb. xij. Oīs diſciplina q̄dem in pn̄ti videt' eē nō gaudij ſed meroris. fructū aūt pacatiſſimū exercitatis ꝑ eā reddet iuſticie. et Lu. viij. Qui corde bono audiētes vbū retinēt: fructū afferūt in patientia. Eſt aūt ꝑcipue triplex patientie fructus.

Primꝰ eſt ꝯſciential' mūdicie
Scđs eſt triumphal' victorie
Tertius eſt eternal' glorie.

Primꝰ eſt fructꝰ ꝯſciētial' mūdicie. Eſt ei ipa patiētia purgatiua Tobie. iij. In tpe tribulatōis peccā dimittis his q̄ inuocāt te. Aug. Qđ lima ferro: qđ fornax auro: qđ flagellū grano: h' fac' tribulatio hoi iuſto. Vñ ſcti martyres in fornace tormētoꝝ oīno purgati ſūt. ſic ꝙ ſtati aīe eoꝝ a corꝑibꝰ exeūtes in paradiſū euolauerūt. Vñ dr̄ Aug. ꝙ iiuriā fac' martyri q̄ orat p martyre. Sap. iij. Tanꝙ̄ auꝝ i fornace ꝓbauit illos: ⁊ q̄ſi holocauſti hoſtiā accepit

illos. Et nos itaq; aduerſa oĩa ſuſtiere de
bem⁹ patient̃ tãq; pctõꝝ nr̃oꝝ purgatiua
di. illõ michee. viij. Irã dñi portabo qm̃
peccaui ei. ꝛ oĩa pctis nr̃is attribuentes

## Scd̃s ẽ fruct⁹ triũphalis

victorie. Vñ bñ dr̃ Nobile vincẽdi gen⁹ ẽ
patiẽtia. vicit q̃ patit̃/ ſi vis vincere: diſce
pati Per patiẽtiã q̃ꝑpe p̃cipue vicit hõ ſe-
ipm̃. i. animi ſui ĩpetũ. Gre. Minor ẽ victo
ria vrbes expugnare: q2 ſũt extra q̃ vincũt̃.
mai⁹ ẽ ãt qd̃ ꝑ patiẽtiã vicit̃: q2 ipe a ſe ani-
mus ſupat̃ Hec ille. Id̃ bñ dr̃ dñs In pa.
v. p. ꝛc̃. Et ſup illõ iob. iiij. Ubi ẽ fortitu-
do tua: dr̃ glo. Qui ſe vicit ꝯ oĩa fortꝫ eſt.
Scti igit̃ martyres ꝑ patiẽtiã vicerũt tyrã
nos mũdũ ꝛ tormẽta. Vñ cantat ecclĩa in
hymno bti amb. Sctõꝝ meritꝫ ꝛc̃. nã gli-
ſcit anim⁹ ꝓmere cãtib᷒ victoꝝ gen⁹ opti-
mũ ꝛc̃. ſeqt̃. Cedũt̃ gla. mo. bi. nõ mur. re.
nõ q. ſꝫ cor. ta. m. bñ cõ. cõ. pati.

## Terti⁹ eſt fruct⁹ eternalis

